BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Cebes <Philosophus>

Kebētos Thēbaiu Pinax Graece et Latine

Amstelaedami 1689

A.gr.b. 3616 q
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10239029-9

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

102389029

A. gr. b.
3616
9

A. gr. b. 3646 2

0239029

Hoger.

<366162781200 12

<366162781200 12

Bayer. Staatsbibliothek

10239029

Cmp. 6484

B. Hof. A. G. 45

10239029

ΚΕΒΗΤΟΣ
ΘΗΒΑΙΟΥ
ΠΙΝΑΞ

CEBETIS
THEBANI
TABULA,

Græce & Latine,

Multis in locis reſtituta ex MSS. codicibus, unde etiam Græca in fine repoſita

AB

JACOBO GRONOVIO,

Cujus accedunt Notæ & Emendationes.

Joh. Hermann. Ridbruch

AMSTELÆDAMI.

Apud HENRICUM WETSTENIUM,

cIↃ IↃ C L XXXIX.

10239029

Bayerische
Staatsbibliothek
München

10239029

ILLVSTRI
ET
SPLENDIDISSIMO VIRO
D. HADRIANO
PAVW,
EQVITI,
DOMINO IN BENNEBROEK &c.

JVRIS. ET. SVMMI. BATAVORVM. TRIBVNALIS PRAESIDI. BONARVM. ARTIVM. CVLTORI. DVBIVM. ACRIORI. AN. EARVNDEM. IN. ALIIS. FAVTORI. CERTE. DE. VTRISQVE. BENE. MERENTI ALTI. GENERIS. CLARITVDINEM. DIGNITATE VITAE. AC. PROPRIA. RECTI. MORIS. IMAGINE PLV-

10239029

PLVRIMVM. AVGENTI
PATRONO. SVO. INGENV-
VM. ILLVM. ET. PATER-
NVM. DOCTRINAE. AMO-
REM. QVEM. ACADEMIA
QVONDAM. NOSTRA
SENTIENS. PRAECIPVE
FVLSIT. REVERENS. VT-
QVE. HANC. CEBETIS
TABVLAM. NITIDIVS. E-
MENDATAM. PERPOLI-
TAMQVE. IN. FASTIGII
ET. MAGNIFICENTIAE
SVAE. SPECIMEN. LE-
CTISSIMAM. BIBLIOTHE-
CAM. NVPER. SIBI. QVO-
QVE. PATEFACTAM. RE-
CIPERE. DIGNETVR. RO-
GANS. IN. EA. SE. CON-
SECRAT.

JACOBVS GRONOVIVS.

10239029

LECTORI EDITORIS.

Præter verum justumque agerem; si alium profiterer mihi fuisse stimulum post innumeras alias mundo oblatas hujus etiam curandæ editionis, præter cupiditatem voluntatemque melius de isto scripto instruendi studia juventutis hujus, quam meis quondam contigit. Hunc enim Cebetis libellum ab prima ætate in oculis sinuque semper gessi; nec quamvis compluria me circumdarent ex antiquorum scri-

ptis lectorem ad varia & amœna pronum satis demerentia, aut magno vel argumenti genio vel auctore commendata, quidquam mihi occucurrit, quod cum manibus meis excutere potuit, aut præ quo non lubens monstrante ac ducente Cebete itinera vitæ peragrare identidem contemplando cupivi. Placebat quidem a primo vehementer illa simplicissima dexteritas in negotio tam publico, tam vario describendo. Non minus placebat ille tam decenter ubique inductus in tam multiplici ζωγραφοποιΐᾳ non tantum concipienda, sed etiam depingenda color. Quum autem frequentior accederet lectio & simul ætas robustior, modo altissimæ cujusdam meditationis deprehendens & inspiciens vestigia, in quæ antehac intrare non potueram, læ-

lætabar; modo ipſi loquelæ intentior animadvertens locos quosdam non eadem ſtili æquabilitate ac facilitate progredientes, & inde hærens, non minorem quoque ex hac ipſa dubitatione gaudii cauſam, ut ſepoſitam animadvertendi materiam, ſentiebam. Super omnia vero univerſam ejus doctrinam & iſtam in vita communiter volvi ac tolerari ſolita, vel quod verius eſt, illius ſuperborum ac glorioſorum in ea concurſationis interpretationem ita ſuavi lenitate velut Palladiæ cuidam telæ commiſſam & artificioſiſſime intextam exoſculabar. Videbam alia ingenia in eodem negotio & perſpicaciter quidem & erudite fuiſſe verſata. Intelligebam ſacros ſimul & profanos, ut brevi velut manu illius univerſi negotii ſchema mortalibus declararent, ſce-

na ac theatro, alios carceri, quos-dam nundinarum & conciliabuli ſolennitati, partim navi, aliquos ſtadio aut circo, etiam triclinio & caſtris, & quæ talia plura, inhæ-ſiſſe; ipſius vero agendæ rationem aut per mimi ac fabulæ docendæ morem, aut per fori frequentatio-nem, modo vini indolem vel ex-peditionem, nunc per pompam & tralatum, etiam navigationum a-liarumve profectionum caſus, ibi captivitatis aut torrentis natu-ram, tum curſum, immo ſtilli-cidii, toni muſici, & alia quæ-ſitiſſimæ levitatis documenta illu-ſtraviſſe. Nihil iſtorum omnium, licet curatiſſime repertorum, ſic mi-hi diſerte ac plene videbatur ex-haurire materiam, quam occupare conabantur, ac Cebetis admiran-da, ſed propria & ingenua, fictio pa-

pariter ac veritas. Postquam vero eos, qui aliquo alterius linguæ sermone aut commentariis tabulam hanc adornaturis tradidisse se famæ narrabantur, conquirere & legere tulit animus; intelligens ex tanto istorum numero nullum esse Græcum scriptum, quod totidem ingenia per omnes ætates esset expertum, præsertim ad istud aut Latina aut alia cuique vernacula loquela apparandum, me non sine ratione conciliatum Cebeti, tot exemplis præeuntibus, facile & liquide agnovi. Hujus igitur Cebetis sententiam mentemque quum altius penetrare per illorum scripta conarer, uti multa benedicta in eis occurrentia gustabam; sic ut vere fatear, delusum denique me ab illis judicare debebam, ut qui non modo nihil nisi quod publi-

ci ſaporis eſſet, viderentur propinare, ſed prorſus ad Hecates ex trivio epulum invitare. Illi enim omnes dum in collectaneis ſuis ita vel virtutes vel vitia tractant, ut communiter ab illis, qui, quæ ad morem pertinent, conſiderare ſolent, fit & perpetue factum fuit, nihil profecto minus quam Cebetem inſtruunt, utpote ſic omne ab eo doctrinæ robur & τὸ ἀγωγῆς βαθύτητα abigentes. Quid enim ab quocunque eorum adfertur, quod non ab aliis & quidem multis, ad parem & meliorem certe modum, propoſitum fuit? An Velſius, Caſelius, Wolfius, Maſcardus veriti ſunt non abundaturos ſatis homines, qui de virtutibus ac vitiis loqui poſſent? At Cebes, quum verbis ſane apertis in principio teſtetur iſtam tabulam in Saturni tem-

templo dedicatam ab aliquo, qui non modo ἔμφρων ϵ δφνὸς ϖϵὶ σοφίαν *fuerit, ſed etiam* λόγῳ ϵ ἔργῳ Πυθαγόρϵόν τινα καὶ Παρμϵνίδϵον ἐζηλωκὼς βίον, *unde plurimam talis ſectæ effigiem ei ineſſe oportet credere; unice ad intellectum verum Cebetis lectori monſtrata ab illis fuiſſet via, ſi declaraſſent, quid in hac adeo lauta deformatione Pythagoreum vel Parmenideum latitaret. Id ſane quum fuiſſet artis & firmæ eruditionis opus, tum juſto examine ingenium Cebetis ab illis recognitum eſſet, ac habuiſſet juventus librum non tantis modo nominibus convenientem, ſed etiam lectione ſua & iſto tempore digniſſimum.*

Id quum ſit omnimodis unum primarium, quod ad notitiam Cebetis hujus (nam qui eum Platonicum

cum philosophum vocant, viderint qua fide id probent, quum præter Platonis ὁμώνυμον plures eodem nomine fuerint, & hic certe ipse se faciat Pythagoreis addictum) adferri debeat; tum quid de illis omnibus dicam, qui tabulæ hujus complexum alio decore exornantes conspectui exponere & penicillo certare cum Cebetis stilo voluerunt? quorum omnium instar esse Hubertum Goltzium opinor, quod probat ejus exemplum non modo ad præla aliquoties & varia chartæ mensura revocatum, sed ad quod se composuere diligenter alii, licet parergis diversi. In quibus quum multa sint alienissima ab Cebete & vano imaginis ludicro eos deceptos confitentia; tum in eo quod omnem ejus σύνδεσμον continet, & palmarium prorsus est, penitus aberrarunt.

rarunt, & ita, ut nullum ab hoc vitio immunem animadverterim. Quid enim magis auctori contrarium, quam quum rupem Beatitudinis concipiant in intimo duorum ſeptorum, ita ut ex primo ſepto ad illud tertium, quam ſtatuit Cebes eam rupem eſſe, pervenire poſſit nemo, niſi pererret ac transeat ſecundum? quum manifeſte apud auctorem ſenex, poſtquam dixerat ΟὟ σωζομένους ὁπόταν βάλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον ἀπαγίγνεσθαι, *atque ideo rogaretur ab juvenibus, an igitur alia via non eſſet eodem ferens,* πότερον ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν, *ſine cunctatione profiteatur eſſe aliam, procul omni dubio reſpondens* ἔστιν. *Hæc vero in tribus illis quaſi circulis nulla prorſus concipi aut comprehendi valet. Statui vero*

ro

ro ab Cebete aliam viam perve-niendi ex primo ſepto in tertium intacto relicto ſecundo ψευδοδοξίας, *liquet perſpicue ex his ejus aliis verbis*, Πολλάκις ἐστιν ἰδεῖν ἀνδραγαθημένους ἐκ τοῦ πρώτου εἰσβόλου εἰς τὸν τρίτον εἰσβολον, οἳ τάχα δὴ μαθηματικὸς ἀνδραλλάττοιεν. *Id quod plane non ita intelligi oportet, quaſi ſupponat auctor ingreſſos jam in ſecundum ſeptum poſſe recta inde in viam ſolam pergentes præterire iſtos falſæ ſapientiæ ſtudioſos; quomodo miror intellectum eſſe ab viro eximio, qui noſtro ſermone ita hæc explicuit* ſoo ſy langhs een nauw, ongebaand, en van weynigen bewandelt wegje, dat in den tweden omtrek, bezyden dat Geſelſchap, maer wat hoger op

op de rotſe lag gingen. *Cujus quidem ſuppoſitionis adeo nulla exſtat in* Cebete *anſa, ut plane ſint contraria iſti alteri viæ, qua ad tertium ſeptum intacto ſecundo veniri poſſe ſtatu. Quum vero dicit aliquos* ϖλαλάπιδν τύτυς τὺς μαθημαλικὺς, *abſit ut opinemur id ab eis demum fieri poſt ingreſſum, quum ipſos mathematicos ponat pro loco, ubi illi verſantur, ut toties ait* ἐλθεῖν ϖρὸς πὼ Εὐδαιμονίαν *vel* ἀληθινὼ ϖαιδείαν *non de illis qui jam in tertio ſepto ſunt & ad eam incedunt, ſed qui etiamnum extra illud cupiunt conanturque ſeptum tertium ſubire. Et plura talia ſunt, quæ in iſtis* γεαφαῖς *male infuſcata paſſim & corrigenda adnotavi.*

Hoc igitur modo quum & in univerſo Cebetis intellectu & in Græca

10239029

PRAEFATIO.

Græca (de qua etsi nihildum dixerim, non otiose tamen tum quoque navatam simul a me operam intelligi volo) scribendi ratione diu constitutus fuissem; non sine risu interim vidi aliquoties hunc Cebetem in his regionibus & in Anglia publicari per typos cum nescio quibus præfationum fallaciis. Quidni riderem, videns præsides istarum editionum singulos de eo sic scribentes statuentesque, ut nihil prorsus ab ipsis intellectum aut bona cum fruge elaboratum velle patefecerint, & barbatos illos Rhamnes ne quidem emendare potuisse, quod a me puero factum jam erat. Si enim recte observes, nescio quæ minuta consectantur alii, alii (quis credat?) præfari non erubescunt, quasi deterrere alios & me voluissent, mi-

minime exſpectandum eſſe quidquam momenti gravioris præſertim poſt Caſauboni & Salmaſii lucubrationes deinceps acceſſurum. An hanc orationem decuiſſe doctos illos ſenes credimus? Utique in his prior oſtendit ſe percurrendo tantum ſcripſiſſe, quæ typographo dederit, ac talia quoque ipſa ſe probant; ne dicam ea multa exhibere ipſas Salmaſianas pericopas. Salmaſius nonniſi occaſione Arabicæ verſionis quædam loca citare & contemplari voluit; etſi quæ fuit ejus magnitudo, ſæpe optarim, ut eos, de quibus teſtatur, aliquos libros de antiquitate ſcripturæ certare non metuentes cum ævo, quo paraphraſin compoſuiſſe interpres Arabs videri queat, non ſolum vidiſſet, ſed & cum cura contuliſſet ad

edi-

editos, & examinata ſingula in publicum uſum evulgaſſet. Certe non neceſſe mihi fuiſſet queri, ut nunc plane querendum eſt, de ſocordia Cebetis editorum his annis vicinorum, quum nemo eorum, vel quia pretium non putarunt, vel ob inertem negligentiam, voluerit ullam editionem conſulere, quæ ante Hieronymum Wolfium eſſet publicata. Dum enim huic cogitationi animum adjicio, per quos primos tantorum παροιμιάτων propagatio inoleverit, non alium potui deprehendere, cujus auctoritas ita circumagere poſteriores valuit, ut quod ille cenſuiſſet, penitus vellent coaleſcere ac per editiones crebro repetitas prorogari. Nam uti neſcio, qua ille fuerit uſus editione; tum quis non miretur toties illum adhærere cauſantem defectas lectiones, aut rariorem

riorem conſtructionem, & hinc vel addi aliquid jubentem, vel explicatione tam pingui & amplautentem, quæ verbis Græcis ineſſe nequit? Id, dico, quis non miretur ab eo factum, quum ipſius ætate Pariſiis prodierit editio quæcunque illa ſuſpecta ſanans & integra exhibens, & quædam ſine cicatrice? Cujus tamen viri nomen ita valuit apud inſequutos, ut omnes non dubitaverint in hac velut ſacratiſſima ancora acquieſcere, & aut perditiſſime connivere, aut eosdem, quos ille, locos ſuſpicione in aliam viam degreſſa temerare. Hinc modo inſiticiæ voces Cebeti datæ, modo veræ omiſſæ, & Latina neſcio quibus ſupplementis fulta, quum Græca velut mero in nitore poſita, deſerta ſine auxilio proderent. Hinc tot commodæ & certe memoratu notatuque

dignæ loquutiones expulſæ, ſuppoſitis interim quas ab perpolito Cebetis ingenio exſpectare nullus poterat.

Tali pacto quum hoc amabile, meo certe animo gratiſſime frequentatum, pugillar agitatum & tractatum eſſe jamdiu puer animadvertiſſem, inter ſtimulos peregrinationis vel acerrimum hunc habui, ut quoniam in patria ſuccurrere ei ita non poſſem, ut mihi ſatisfacerem, ope deliciarum apud exteros beatiorem ſedem adeptarum conarer ei melliorem dapem inſtaurare. Sed quum iſte excurſus meus difficilia & incerta in tempora incideret, impos voti mei reverſus fui; quum ubi eſſe exemplaria Cebetis noſſem, ſupprimerentur ab moroſa & agreſti præfectura, quam leniorem expertus ſum in iis locis, ubi ea ipſa non erant. Donec tandem non ſolum felici tempo-

porum mutatione, Regia Galliæ ſcrinia patuerunt Viro ſacris eruditisque literis ſanequam ornato Jacobo Gallæo, ſed etiam implere is hoc in labore vicem meam, & quos tres illic adſervari noveram ſcriptos variorum temporum codices, unum bene vetuſtum, alterum longe minore natu, tertium ab Jano Laſcare exaratum, ſedula comparatione inter ſe conferre humaniſſima indoles eidem dictavit; quod quidem teſtimonium & induſtriæ illius Præſtantiſſimi Viri & erga Cebetem vel me favoris ſicut omni laude proſequor, ita quiſquis hac editione adjutum te poſthac agnoſces, ut in ea me æmuleris, fas jubet. Ex hoc enim ſubſidio quum non modo in permultis clariſſima lux mihi adfulgeret, ſed etiam, ad quod fateor me obſtupuiſſe utpote ultra exſpe-

PRAEFATIO.

Etationem omnem meam, poſtremæ clauſulæ acceſſio, non eburnea ſane & diſcordis materiæ, ut Pelopis humerus, ſed ejuſdem ſucci & auctoris ſui pleno jure germana, integerrimum faceret hunc dialogum; incepi movere aliquid ulterius & ſerio cogitare de ratione, qua Cebetem ex iſta fœditate, cui immerſus erat, eriperem & publice eum purgatiorem proponerem. Ad quam rem non minimum emolumentum attulit Oiſeliana ſectio, ubi & Pariſinam editionem Martini Juvenis Græce editam anno 1557 *cum aureis carminibus Pythagoræ, & Caſelii verſionem ex editione Elmenhorſtii primum potui meas facere. Ibidem in Philoſophicorum indice obſervans venditari titulum* Athenagoras de reſurrectione, Xenocrates de morte, Cebetis Thebani

bani tabula per Marſ. Ficinum, *quum ea comparari mihi curaviſſem, deceptum me ſenſi, utpote quum præter duo priora opuſcula per Ficinum verſa anno* 1497 *nihil ad Cebetem faciens invenerim, cujus loco erat Leonardi Aretini dialogus de moribus; etſi ipſe ſane codex primâ paginâ etiam promittat de Cebete, hoc titulo, qui ſatis ridiculus,* Cebetis Thebani Ariſtotelis auditoris tabula miro artificio vitæ inſtituta continens. *Ea videlicet ſunt eadem, quæ in Heinſianæ bibliothecæ mathematicis ſub editore Lazaro Sempedano prædicantur. Sed neque in operibus Ficini Lutetiæ editis quidquam ad Cebetem pertinens reperitur. Itaque utrum præter illos, quos mihi notos eſſe & lectos oſtendi, (& innotuerunt etiam alii, quibus*

placuit hanc tabulam propius inſpicere, ſed quum eos nondum videre vel acquirere potuerim, etiam de illis arbitrari, & vel nominare non ſuſtinui) doctiſſimus ille Florentinus quoque interpretationem hujus tabulæ compoſuerit, liquide vix edide-rim. Talibus auſpiciis quum deſcenderim ad hoc negotium, facile conſtabit, quam ferviде moverim omnem lapidem, ut id quod facio facerem quam apparatiſſime, & Cebetis ſtilum, quanta poſſet cura, tam turpiter fractum hebetatumque recorrigerem, & enarrationis hujus ſermo eſſet limpidus. Neque vero id agendum putavi, ut procederet ſolito comitatu aliorum ſcriptorum pinguior & ſatiatus, præcipue Epicteti ſummariis, quibus eum agglutinavit hæc ætas. Sed ſicut in hoc judicio probari nequit, quod Epictetus tanto

to junior, & ſeniori plerumque ei præponi ſoleat; ſic quum Cebetinæ ſectæ ratio ſibi metata fuerit ſemitas diverſiſſimas & multum ab altero devias, ſatis decens judicavi Cebetem ſibi relinquere, ut qui nihil ab altero traxerit, plane non eo indigeat, & ſolus futurus ſit ſatis amplum beatitudini ſuæ theatrum. Cæterum pro iſta aliorum auctorum ſpecie notas meas addidi, etſi non honeſtum iſtud choragium æquiparantes, neque tam ſplendidi muricis veſtem; tamen pro tempore forſan non indecoras, certe in hunc uſum conſcriptas, ut ex iis liquide recognoſceres, quemadmodum induſtria aliorum ſe in eo exercuerit. Hinc ſoli Cebeti eas dedi, & in ſpatio, quod propoſuerant, coercens ad aliena exſpatiari vix paſſus ſum, etſi uberrima profecto ſuppeteret mate-

ria. Quod ut boni consulatur, opto ac rogo. Id enim si fiet, non hic sistet opera nostra, sed quæ multa coacervata habemus ad vim meditationis Cebetinæ, profundissimæ quidem illius & quam vix credi potest penitissimæ, percipiendam ex philosophiæ Pythagoricæ vestigiis & quam lata restat, semita (non enim jactitat falso Cebes) vestigandam, inprimis omnino commoditatem elegantiamque tabulæ hujus illustratura, digerere non cessabo, ubi per alia licebit. Vale & fruere.

TESTI-

10239029

TESTIMONIA DE CEBETE.

Lucianus de mercede conductis.

Βούλομαι ἢ ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος εἰκόνα τινα ζωγραφήσας, ὅπως ἐς αὐτὴν ἀποβλέπων εἰδῇς εἴ σοι παρλητέον ἐστὶν ἐς αὐτήν.

Idem in Rhetorum præceptis.

Ἐθέλω δή σε πρῶτον ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα ζωγραφήσας τῷ λόγῳ ἑκατέρων ἀποδεῖξαι τὴν ὁδόν.

Julius Pollux III, 16.

Γραφηπὴς, ἐξηγητὴς, ἀποφηγητικὸς, ἀποφηγημένων. καὶ καθηγητὴς ἀπὸ Κέβητος καὶ τοῖς προαγωγοῖς

Dio-

Testimonia de Cebete.

Diogenes Laertius libro II Vitarum.

Κέβης ὁ Θηβαῖος· καὶ τοῦτον φέρουσι διάλογοι τρεῖς· Πίναξ, Εὐδόμη, Φρύνιχος.

Tertullianus de præscriptione cap. 39.

Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis. Denique Hosidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissime exsuxit. Meus quidem propinquus ex eodem poeta inter cetera stili sui otia Pinacem Cebetis explicuit. Ubi recte Pamelius Cebetem secta Pythagoricum notat.

Idem de Corona cap. 7.

Hercules nunc populum capite præfert, nunc oleastrum, nunc apium. Habes tragœdiam Cerberi, habes Pindarum atque Callimachum &c. Ubi Jos. Scaliger in exemplari editionis Junianæ, quod in bibliotheca publica servatur, adscripsit *Cebetis*, quod tamen valde anceps,

Sui-

TESTIMONIA DE CEBETE.

Suidas.

Κέβης, Θηβαῖος φιλόσοφος, Σωκρατικὸς μαθητής. Διάλογοι δ' αὐτοῦ φέρονται τρεῖς· ἐδδόμη, Φρύνιχος, Πίναξ. ἔστι δὲ τὸ ἐν ᾅδου διήγησις· καὶ ἄλλα τινα.

Etiam Virgilii delicias eodem nomine fuiſſe ex Vita ejus & Servio ad ſecundam Eclogam patet.

Chalcidius in fine commentarii in Timæum Platonis.

Etenim, qui aderant, omnes erant inſtructi præcipuis doctrinis, quas ingenuas diſciplinas appellavit; propterea quod a pueris ætas illa iis veluti principiis altioris doctrinæ, & tanquam gradibus imbuebatur, geometrica, muſica, arithmetica, aſtronomia. De quibus Cebes pronuntiavit, ſiquidem philoſophiæ cauſa diſcantur, ut per eas, tanquam gradibus, ad ſummum culmen philoſophiæ perveniatur, operæ pretium eſſe; ſi ſine philoſophia, plenæ tamen dignitatis eſſe fundamenta, imperfectæ licet eruditionis. Ubi Johannes Meurſius: *Intelligit Thebanum, de quo Diogenes*

genes lib. II. *& ex eo Suidas. Alius eſt Cebes Cyzicenus, cujus meminit Athenæus lib.* IV.

Danielis Heinſii carmen, chirographo auctoris ſcriptum in exemplari, quod eſt penes fratrem meum, ut videtur ab eo compoſitum, ut peplo inſereretur, ſed neſcio quo caſu omiſſum, & dignum tamen, quod conſpiciatur.

Καί σε, Κέβης, σοφίῃσι κεκασμένον αἰὲν ἀείδω
Σωκρατικοῖς γεγαῶτα πάλαι καταειμένον ἄτροις.
Κείνῳ γὰρ θανάτοιο παρήγορος αὐτὸς ἔην θα,
Τόν πο θ' οἱ ἀφραδέοντες ἀπαθαλίῃσι νόοιο
Κεκροπιδῶν ἔρραψαν ὁμηγερέες ωολιῆται,
Ψευδέων τέκτονες ἄνδρες ἀληθοσυνης ὑπερόπται.
Τῷ καὶ Πυθαγόρεω σοφὰς ἀπομάξαο δόξας,

Ὡς

TESTIMONIA DE CEBETE.

Ὡς κεῖνο τὸ πάροιθεν, ὁμόιϊα τοῖσι πι-
φαύσκων
Χρείων ἀνθρώποισιν ἀμηχανέουσιν ἀρω-
γῆς,
Δῆλα περ, ἀ μύθοισι καὶ αἰνιγμοῖσιν
ἐλίσσων.
Ὅς ποτε καὶ βιότοιο μέγαν σταλάνον, ἠδὲ
καὶ οἶμον,
Στυγνεὴ μὲν τὴ πρώτα, τὸ δ' ὕστερον αὖ-
θις ἐλαφρεὴ
Ποσὶ περᾷν, μακρήν τε καὶ ὄρθιον, ἠδὲ
καταίνη,
Ἡμῖν ἡγεμόνευσας· ἐπεὶ κακιῶν τ' ἀρέ-
τεῶν τε
Οἷα ζωογράφος ἰὼς ἀνὴρ, σοφιώτατος
ἄλλων,
Εἰκόνα δαιδαλόεσσαν ἐνὶ μεροπεσσιν
ἔθηκας.

Laurentius Pignorius Symbolicarum epiſtolarum XLII.

Fidem facit Cebetis Pinax, quam vocamus, a noſtris nobis olim præceptoribus tradita & commendata.

Phi-

TESTIMONIA DE CEBETE.

Philippus Thomasinus de donariis pag. 211.

Præter hæc religionis indicia aliud etiam spectasse priscos sapientes satis ostendit Tabella *in Saturni ædicula inter alia munera olim pro delubro posita, quæ veluti totius vitæ humanæ imago & compendium* Cebeti *integri libri materiam sapientissimis Mascardi meditationibus non indignam præbuit.*

Petrus Lambecius in appendice libri v

Venetiis acceptos codices MSS. & in bibliothecam Cæsaream relatos numerat, in quibus est, Cebetis Thebani, Philosophi Platonici, Tabula, vitæ humanæ prudenter instituendæ rationem continens.

Nam quæ ausus fuit Samuel Petitus *tentare in libro* IV *Miscellaneorum cap.* IV, *iis non utimur, quum & supponat incertissima, & mutationibus tam libere indulgeat, ut æqui justique parvam ponat rationem.*

KEBH-

10239029

ΚΈΒΗΤΟΣ
ΘΗΒΑΊΟΥ
ΠΊΝΑΞ.

CEBETIS
THEBANI
TABULA,
Ex interpretatione Hieronymi Wolfii.

10239029

CEBETIS THEBANI TABULA.

In æde Saturni deambulantes, cum alia complura donaria ſpectabamus; tum tabulam quandam ante ſacellum dedicatam, quæ peregrinas quaſdam & peculiares fabulas depictas haberet. Quæ cujuſmodi & unde eſſent, conjicere non poteramus. Pictura enim neque urbem neque caſtra præ ſe ferebat: ſed erat ſeptum quoddam, alia duo ſepta continens, alterum majus, alterum minus. Erat & porta in primo ſepto, cui magna turba aſtare videbatur. Intra ſeptum vero mu-

10239029

ΚΕΒΗΤΟΣ
ΘΗΒΑΙΟΥ
ΠΙΝΑΞ.

Ἐντυγχάνομεν πολλοῖς ἐν τῷ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωρήσαμεν. ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ ἐν ᾧ ἐμεμάθηκε γραφὴν νεωτέραν, ἐν ᾧ ἐνῆν γραφὴ πολλὰ ξένα, καὶ μύθους ἔχοντα ἰδίους. οὓς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν, τίνες, καὶ πότε ἦσαν. ἔστε γὰρ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον, ἔστε τραπέζιον· ἀλλὰ πρόβολον ἐν αὐτῷ ἔχων ἑπτὰ βόλους δύο, τὸ μὲν μείζω, τὸ δὲ ἐλάττω. ἐν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ πρώτου προβόλου· πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι. ἔνδον δὲ τοῦ προβόλου, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. ἐπὶ δὲ τῆς

mulieres complures conſpiciebantur. In aditu autem primi veſtibuli & ſepti, ſenex quidam ſtabat, eo geſtu & habitu, ut ingredienti turbæ præcipere aliquid videretur. Cum verò diu inter nos, quid commentum illud ſibi vellet, ambigeremus, ſenex quidam aſtans: Non mirum, inquit, eſt, hoſpites, vos de pictura hac dubitare. Nam & ex indigenis pauci norunt fabulæ ſignificationem. Neque enim civitatis noſtræ donarium eſt: ſed olim hoſpes quidam, vir cordatus, & eruditione præſtans, qui & dictis & factis Pythagoreæ & Parmenideæ vitæ ſtudium præ ſe ferret, tam templum hoc, quàm picturam Saturno dedicavit. An verò, inquam, ipſum hominem vidiſti, & noſti? Atqui etiam, inquit, longo tempore fui eum admi-

εἰσόδε δ' πρώτε πυλῶν ὃν καὶ σειδόλε
χέρων ἡς ἐςὼς, ἔμφαζιν ἐποίει, ὡς
σεσοβάπων ἡ τῷ εἰσόνῃ ὄχλῳ. Ἀπο-
ρέντων δ' ἡμῶν σεὶ τ' μυθολογίας σεὸς
ἀλλήλες πολυὶ χρόνον, πρεσβύτης ἡς
παρεσὼς, Οὐδὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι,
ἔφη, ἀποροῦντες σεὶ τ' χραφῆς ταύτης.
δόκει γὰρ τ' ἀπιχωρίων πολλοὶ ἴσασι, πό-
τε αὕτη ἡ μυθολογία δυώκιτο. δόκει
χάρ ἐςι πολιῆτὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξέ-
νε ἡς πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο,
ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δῆνὸς σεὶ ζοφίαν,
λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρδόν τινα καὶ
Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὃς τό, τε
ἱερὸν τοῦτο καὶ τὴν χραφὴν ἀνέθηκε
τῷ Κρόνῳ. Πότερον δ', ἔφην ἐγὼ, καὶ
αὐτὸν τ' ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακὼς; καὶ
ἐθαύμαζά γε, ἔφη, αὐτὸν πολυὶ

miratus, junior cum essem. Multa enim præclarè differebat, & hujus ipsius fabulæ doctrinam sæpe eum audivi exponentem. Obsecro igitur, inquam, nisi magna quæpiam occupatio te impedit, fabulam nobis explica, cujus audiendæ avidissimi sumus. Nihil, inquit, obstat, hospites. Sed illud prius vobis tenendum, enarrationem periculi non expertem esse. Cujusmodi, inquam, id est? Quia, si auscultaveritis, atque intellexeritis ea quæ dicentur, prudentes & beati evadetis: sin minus, facti vecordes, infelices, acerbi atque indocti, malè vivetis. Est enim expositio, Sphingis ambagibus similis, quas illa hominibus proponebat; quas qui intellexerat, manebat incolumis; qui non assecutus erat, à Sphinge occidebatur. Eadem est

&

χρόνου νεώτερος ὤν. πολλὰ γὰρ καὶ
ἀσχολίαι διελέγετο. καὶ δὴ καὶ τούτης ὁ ξ
μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξ-
ιόντος. Πρὸς Διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγώ,
εἰ μή τίς σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει
οὖσα, διήγησαι ἡμῖν. πάνυ γὰρ ἐπιθυ-
μοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος.
Οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ
τοτὲ πρῶτον δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ἐπι-
κίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. Οἷόν τι;
ἔφην ἐγώ. Ὅτι, εἰ μοὶ προσέχητε,
ἔφη, καὶ σωφρόνως τὰ λεγόμενα, φρόνι-
μοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε. εἰ δὲ μή,
ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ πικροὶ,
καὶ ἀμαθεῖς γνώμονες, κακῶς βιώσε-
σθε. Ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς
Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προ-
βάλλει τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μοὶ μὲν σωφ-
σωφίη τις, ἐσωίζετο· εἰ δὲ μὴ σωφίη, ἀ-
πώλυτο ὑπὸ τῆς Σφιγγός. ὡσαύτως δὴ καὶ

& enarrationis hujus ratio. Nam Amentia Sphinx eſt hominibus. Obſcurè autem & hæc innuit, quid in vita ſit bonum, quid malum, quid neque bonum, neque malum. Quæ qui non intelligit, ab ea non ſemel interit, ut is qui à Sphinge occiſus devorabatur; ſed paulatim per omnem ætatem, ut qui conjecti in carcerem, manum carnificis exſpectant, contabeſcit. Sin ea cognorit aliquis, vice verſa perit Amentia: ipſe verò ſalvus manet, perque omnem vitam, malorum expers, beatus efficitur. Vos igitur attenti eſtote, nec obiter

cap. IV. audite. Dii boni, quantam nobis cupiditatem injeciſti, ſi iſta ita ſunt! Ita, inquit, res eſt. Quamprimum igitur narres velim. Nam nos quidem haud obiter audiemus, in tanti præſertim & præmii

&

καὶ ὑπὲρ τ ἐξηγήσεως ταύτης. ἡ μὲν Α-
φροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν.
αἰνίττεται ὅτι καὶ πόλε, τὶ ἀγαθὸν, τὶ κα-
κὸν, τὶ ὄτε ἀγαθὸν, ὄτε κακόν ἐστιν ἐν
τῷ βίῳ. ταῦτ' ὂν ἐὰν μὴν τις μὴ σωίῃ,
ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς ὡς εἰσάπαξ,
ὥσπερ ὁ ὑπὸ τ Σφιγγὸς καταβρωθεὶς
ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ κ' μικρὸν ἐν ὅλῳ
τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ
ὑπὸ πμωρίας ἀναδιδόμενοι. ἂν δέ
τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὴν Α'φροσύνη
ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ
μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν
παντὶ τῷ βίῳ. Υ'μεῖς ὂν προσέχετε,
καὶ μὴ παρακούετε. Ω' Η'ρακλῆς, ὡς εἰς
μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας
ἡμᾶς, εἰ πᾶθ' ὅτως ἔχῃ. Αλλ' ἔστιν,
ἔφη, ὅτως ἔχοντα. Οὐκ ἂν φθάνοις
τοίνυν διηγούμενος, ὡς ἡμῶν προσ-
εξόντων ἀπαρέργως, ἐπείπερ κὴ τὸ ὑπὲρ

& ſupplicii exſpectatione. Sublá-
to igitur baculo, & ad picturam
extento, Cernitis, inquit, ſeptum
hoc? Cernimus. Hoc primum vo-
bis tenendum eſt, locum hunc ap-
pellari *Vitam*: & magnam multi-
tudinem, quæ portæ aſſiſtit, eos
eſſe qui in vitam venturi ſunt. Se-
nex vero is, qui ſupernè ſtat,
chartam quandam una manu te-
nens, altera verò quiddam veluti
monſtrans, *Genius* dicitur. Man-
dat autem ingredientibus, quid
eis, ubi in vitam venerint, facien-
dum ſit; &, cui viæ ſe committere
debeant, ſi ſalvi eſſe in vita velint,
oſtendit. Quam igitur, inquam
ego, viam ingredi eos jubet? aut
quomodo? Viden', inquit, juxta
portam ſolium poſitum, quà tur-
ba ingreditur, cui mulier inſidet,
ficto vultu, argutaque ſpecie, &
ma-

πάμιον τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινὰ, καὶ σκιάνας τοῦ τοῦ χαφλοῦ, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὸ τοιόνδον τοῦτον; Ὁρῶμεν. Τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ πόπανος οὗτος, Βίος. Εἶτα ὁ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ ἐπὶ τὴν πύλην ἐφεστὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν Βίον, οὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δείκνυσιν, οὗτος Δαίμονα καλεῖται. ἐπισταλὴν δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν Βίον· καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ Βίῳ. Ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ. Ὁρᾷς, εἶπε, ἐπὶ τῇ πύλῃ θρόνον τινὰ κείμενον καὶ τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ ἤθει, καὶ πειθανὴ φαι-

manu poculum quoddam tenens? Video, inquam: ſed quæ ea eſt? *Impoſtura*, inquit, quæ omnes homines deducit. Ecquid agit ea? Iis, qui in vitam ingrediuntur, facultatem ſuam propinat. Quæ verò eſt illa potio? *Error*, inquit, & *Ignorantia*. Quid tum? Hâc potâ, veniunt in vitam. Num ergo omnes Errorem bibunt? Omnes bibunt, inquit: ſed alii plus, alii minus. Nonne præterea intra portam vides turbam quandam mulierum, præditarum variis meretricum formis? Video. Hæ ergo, *Opiniones*, *Cupiditates*, & *Voluptates* appellantur: turbaque ingrediente exilientes, amplectuntur ſingulos, atque abducunt. Quò verò abducunt eos? Aliæ ad ſalutem, inquit, aliæ ad interitum ob impoſturam. O vir

φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; Ὁρῶ. ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη, ἔφην. Ἀπάτη καλεῖται, φησίν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. Εἶτα τί πρᾶξις αὕτη; Τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸ βίον πατάξει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. Τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; Πλάνη, ἔφη, καὶ Ἄγνοια. Εἶτα τί; Πιόντες τοῦτο, πορεύονται εἰς τὸ βίον. Πότερον δὲ πάντες πίνουσι τὸ πλάνον, ἢ οὔ; Πάντες πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. ἔπειτα δὲ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τὴν πόλιν πλήθους τινὸς γυναικῶν, ἑταιρῶν παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; Ὁρῶ. Αὗται τοίνυν, Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. Ὅταν δὲ εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ πλέκονται πρὸς ἕκαστον, εἶτα ἀπάγουσι. Πῇ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς; Αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη· αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην.

Ω δαι-

O vir optime, quàm gravem potionem dicis! Et quidem omnes pollicentur, ſe illos ad optima quæque perducturas, & ad vitam beatam, in qua acquieſcant. Illi verò propter ignorantiam & errorem, quem apud *Impoſturam* hauſerunt, veram degendæ vitæ viam non inveniunt: ſed temerè oberrant, ut vides item prius ingreſſos circumire, quò illæ monſtrarint. Video hæc, inquam. Sed quæ eſt illa mulier, quæ cæcæ & furenti ſimilis, ſaxo rotundo inſiſtit? Vocatur, inquit, illa quidem *Fortuna:* neque cæca ſolùm eſt, ſed & inſana & ſurda. Ea ergo quo munere fungitur? Paſſim, inquit, vagatur: & aliis quod habent, rapit, aliiſque largitur; iisdemque rurſus ſtatim eripit quæ dedit, eaque donat aliis temerè & in-

Ω᾽ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πρᾶμα λέγεις; Καὶ πάσυ γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται ὡς ὅτι τὰ βέλτιστα ἄξουσι, καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα καὶ λυσιτελῆ. οἱ μὲν δὴ πλεῖστοι ἄγνοιαν, καὶ τὸ πλάνον, ὃν πεπώκασι παρὰ τοῦ Ἀπάτης, οὐκ ἀφίασι, πρὶν ἂν ἐξέλθῃ, πῶς ἔστιν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς ἡ ἐν τῷ βίῳ· ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῇ, ὥσπερ ὁρᾷς καὶ σὺ τοὺς πολλούς εἰσπορευομένους, ὡς σκιάγραφον, ὅπη ἂν αὖται ἄγωσιν; Ὁρῶ τοῦτο, ἔφην. ἡ μὲν γυνὴ ἐκείνη Ἀλήθεια ἔστιν, ἡ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη εἶναι δοκεῖ, καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου; Καλεῖται μέν, ἔφη, Τύχη. ἔστι δὲ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Αὕτη δέ τί ἔργον ἔχει; Περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ᾽ ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· σκῆπτρα δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται σκηνήματα, ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν

inconſtanter. Rectè igitur ſignum ejus naturam declarat. Quodnam illud? inquam. Quòd rotundo ſaxo inſiſtit. Id verò quid ſibi vult? Non tuta & firma ejus eſſe munera ſignificat. Magnæ enim & graves jacturæ fiunt, cùm quis ei fidem habet. Quid? magna illa turba quæ eam circumſtat, quid petit, & qui vocantur? Dicuntur hi *Inconſiderati*. Singuli verò ea petunt quæ illa abjicit. Quî ergo fit, ut non eodem ſint vultu: ſed alii lætari, alii mœrere paſſis manibus videantur? Qui lætari & ridere videntur, ii ſunt, inquit, qui aliquid à *Fortuna* acceperunt; iidemque *Fortunam Proſperam* eam vocant. Qui verò plorantium ſpecie manus extendunt, ii ſunt, quibus ea eripuit

ζιν εἰκῆ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ ζημεῖον καλῶς μιμεῖτ' φύζιν αὐτῆς. Ποῖον τοῦτο; ἔφη ἐγώ. Ὅτι ὅπὶ τροχοῦ λίθος ἕστηκεν. Εἶπε δὲ τοῦτο σημαίνει; Ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐστὶν ἡ παρ' αὐτῆς δόζις. σκιπίωνός γὰρ μεγάλαι τε σκληραὶ γίγνονται, ὅταν τις αὐτῇ πιστεύσῃ. Ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς ἔστω, ὁ ποτὲ αὐτὴν ἕστηκως, τὶ βέλει, καὶ τίνες καλεῖν; Καλεῖν μὲν ἔστι ἀποβέλοντι. αὐτοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἃ ῥίπτει. Πῶς ἂν οὐχ ὁμοίαν ἔχοις τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, σκυθρωπάζοντες τὰς χεῖρας; Οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾷν αὐτῶν, οἱ εἰληφότες μὲν ποτὲ τὴν Τύχης εἰσίν· ἔστι δὲ καὶ Ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας σκυθρωπάζοντες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο ἃ δέδωκε πο-

puit quæ antè dederat. Hi contrà, *Malam Fortunam* eandem appellant. Quæ ſunt ergo illa quæ largitur, cùm & ii qui ea accipiunt, ita lætentur; & qui amittunt, plorent? Hæc quæ vulgò bona cenſentur. Ea quæ ſunt? Divitiæ ſcilicet, gloria, nobilitas, liberi, imperia, regna, & id genus alia pleraque. Eho, numnam iſta bona non ſunt? De his quidem aliàs diſputare licebit: nunc autem explicationi fabulæ intenti ſimus. Fiat ita. Vides ergo, ubi portam iſtam præterieris, aliud ſeptum altius, ut & mulieres extra ſeptum ſtantes, meretricum inſtar ornatas? Omnino. Harum alia *Incontinentia* vocatur, alia *Luxuria*, alia *Avaritia*, alia *Aſſentatio*. Quid ergo hîc aſtant iſtæ? Obſervant eos

πρότερον αὐτοῖς. Ἆρ' οὖν πάλιν Καιρὸν τύχον αὐτινὰ καλοῦσι. Τίνα δ' ἂν ἔστιν ἃ λέγουσιν αὐτοῖς, ὅτι ἄτοπος οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες πλαύουσι; Ταῦτα, ἔφη, ἃ πρόσθεν τοῖς παλαιοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. Ταῦτα δ' ἂν τίνα ἐστί; Πλοῦτος δηλαδή, καὶ δόξα, καὶ ἀνδρία, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ πάλλα ὅσα τοιαῦτα πρόσθεν ἐνόμιζον. Ταῦτα δ' ἂν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; Περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις σκοπῶμεν ἀλλήλοις. νῦν δὲ περὶ τῆς μυθολογίας χωρῶμεν. Ἕως ἄτος. Ὁρᾷς δ' ἂν, ὡς ἂν παρέλθοις τὸν πύλον τοῦτον ἀνώτερον ἄλλον πειβολον, ὡς ἂν ἐγκρατὴς ἔξω τοῦ πειβόλου ἐστήκῃς, κεκοσμημένος ὥσπερ ἐπαίρας εἰώθασι; Καὶ μάλα. Αὖτη τοίνυν, ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ Ἀσωλία, ἡ δὲ Ἀπληστία, ἡ δὲ Κολακεία. Τί δ' ὧδε ἐστήκασιν αὗται; Παρατηρῶ-

eos qui aliquid à Fortuna acceperunt. Quid tum? Exultant, & eos amplectuntur, & adulantur: utque apud se manere velint, postulant; ac vitam eis pollicentur suavem, otiosam & omnis expertem molestiæ. Quod si quis eis obsecutus, delicias amplexus fuerit; ei jucunda videtur ad tempus illa vitæ ratio, dum hominem quasi titillarit; cùm reverà talis non sit. Ubi enim resipuerit, se non comedisse, sed ab iis & comesum, & contumeliosè tractatum esse, sentit. Itaque jam consumptis iis quæ à Fortuna acceperat omnibus, mulieribus istis servire cogitur, & omnia perpeti, indecoreque se gerere, & propter eas quævis pernicioſa in se admittere; cujusmodi sunt, fraudare, fana spoliare,

σιν, ἔφη, ὧν ἐπιθυμίας ἢ σοφὸς ἢ Τύχης. Εἶπα ἔγωγε· Ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι, καὶ ἀξιοῦσι παρ' αὐταῖς μένειν, λέγουσαι ὅτι Βίον ἕξουσιν ἡδύν, καὶ ἄπονον, καὶ κακοπάθειαν ἔχοντα ἀδεμίαν. Ἐὰν δέ τις μὴ πειθῆται ὑπ' αὐτῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ἡδυπάθειαν, μέχρι μὲν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ Διαβολή, ἕως ἂν χαρακτήρ ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστιν. ὅταν γὰρ ἀναπνεύσῃ αἰθάνεται ἔτι οὐκ ἤθιεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς καλῆθίερο, καὶ ὑβρίζερο. διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ πάνθ' ὅσα ἔλαβε σοφὸς ἢ Τύχης, ἀναγκάζεται παύταις ἢ γυναιξὶ δουλεύειν, ἢ πάνθ' ὑπομένειν, ἢ ἀχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. οἷον δυσωρεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἀποστερεῖν,

liare, pejerare, prodere, latrocinari, cæteraque his consimilia. Sed cùm eos hæc omnia defecerint, traduntur Pœnæ. Qualis ea est? Videtes à tergo eorum aliquid feneſtellæ ſimile, & locum quendam anguſtum & tenebroſum? Atque etiam mulieres quædam fœdæ, & ſordidæ, & pannis obſitæ, ibi eſſe videntur? Omnino. Ea igitur quæ flagellum tenet, *Pœna* dicitur: Quæ caput ad genua demittit, *Mœſtitia*: Quæ capillos evellit, *Ærumna*. Alius verò quidam, illis qui adſtat, deformis, extenuatus, & nudus: ac per hæc mulier quædam, ei ſimilis, deformis, & tenuis, quinam ſunt? Ille quidem, inquit, *Luctus* vocatur; ejus verò ſoror, *Deſperatio*. His igitur traditur, & cum his in cruciatibus

παραδιδόναι, λαβόντας, καὶ πάνθ' ὅσα τού-
τοις παραπλήσια. ὅταν δὲ πάντα αὐτοῖς
ἀπαλίσῃ, παραδίδοναι τῇ Τιμωρίᾳ.
Ποία δέ ἐστιν αὕτη; Ὁρᾷς ὀπίσω δὴ αὐ-
τῶν, ἔφη, ὥσπερ θύραν μικρὸν, καὶ
τόπον στενόν τινα, καὶ σκολιόν; Οὐκοῦν
καὶ γυναῖκες αἰχραὶ, καὶ ῥυπαραὶ, καὶ
ῥάκη ἠμφιεσμένοι δοκοῦσι σωεῖναι; Καὶ
μάλα. Αὕτη τοίνυν, ἔφη, ἡ μὴ τ'
μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία· ἡ δὲ
τ' κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύ-
πη· ἡ δὲ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς,
Ὀδυνή. Ὁ δ' ἄλλος τίς ἐστιν ὁ παρεσκευ-
κὼς αὐταῖς δυσειδὴς τις καὶ λεπτὸς, καὶ
γυμνὸς, καὶ κατ' ταὐτά τις ὁμοία αὐτῇ, αἰ-
χρά, καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; Ὁ μὲν Ὀδυρμὸς
καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀθυ-
μία. Τούτοις δὲ παραδίδου, καὶ μετὰ τούτων

bus vitam agit. Deinde rurſus in aliam domum conjicitur, *Infelicitatis*: ubi, quod reliquum eſt ævi, in omni miſeria exigit, niſi ei *Pœnitentia* forte fortuna occurrerit. Quid tum fit? *Pœnitentia*, obviam ei facta, ex iſtis malis eum eripit: eique *Opinionem* aliam, & *Cupiditatem*, ad *Veram Eruditionem* perductu-ram, inſerit; unàque eam, qua ad *Falſi nominis Eruditionem* perveniat. Quid tum fit? Siquidem, inquit, eam Opinionem comprehenderit, quæ ipſum ad *Veram Eruditionem* perducat, ab ea purgatus ſervatur, & omnis calamitatis expers, ac beatus, omne tempus ætatis degit: ſin minùs, denuo à Falſi nominis Eruditione deducitur. Prô Jupiter, ut ingens eſt! & alterum hoc

συμβιοῖ πιωρέμφω. εἶπε πάλιν ἐν-
πεῦθα εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτει, εἰς τ Κα-
κοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τ λοιπὸν βίον κατα-
στρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ
ἡ Μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τ τύχης σωτηρίη-
σῃ. Εἶπε τί γίγνει; Ε'ὰν ἡ Μετάνοια αὐ-
τῷ σωτηρίσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τ κακῶν,
καὶ σωίσησιν αὐτῷ ἑτέραν Δόξαν καὶ Ε'πι-
θυμίαν, τ εἰς τ ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγου-
σαν, ἅμα ὃ Ϛ τ εἰς τ Ψευδοπαιδείαν
καλυμένην. Εἶπε τί γίγνει; Ε'ὰν μὲν,
φησί, τὴν Δόξαν ταύτην ἀποδέξη-
ται, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθι-
νὴν Παιδείαν, καθαρθεὶς ὑπ' αὐτῆς
σώζεται, καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων
γίγνεται ἐν παντὶ τῷ Βίῳ· εἰ δὲ μὴ,
πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τ Ψευδοδοξίας.
Ω' Η'ρακλῆς, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος.

hoc diſcrimen! Qualis vero, inquam, eſt *Falſi nominis Eruditio?* Nonne vides, inquit, alterum illud ſeptum? Utique, inquam. Extra id ſeptum, juxta veſtibulum, ſtat mulier quædam, quæ valde munda & compoſita eſſe videtur. Eam vulgus, & vani homines, *Eruditionem* vocant: cùm ea non ſit, ſed *Falſi nominis Eruditio*. Ad hanc igitur ii, qui ſervandi ſunt, & ad Veram Eruditionem perventuri, primùm divertunt. Numquid ergo alia via nulla eſt, quæ ad Veram Eruditionem ducat? Eſt, inquit. Iſti verò homines, qui intra ſeptum obambulant, qui ſunt? Falſi nominis eruditionis amatores, inquit, decepti, atque opinantes, ſe Veræ Eruditionis frui conſuetudine.

Qui-

ἄλλο δέ τι! ἡ ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν; ἔφη ἐγώ. Οὐχ ὁρᾷς τὸ ἕτερον σεί-βολον ἐκεῖνον; Καὶ μάλα, ἔφη ἐγώ. Οὐκοῦν ἔξω τοῦ σειβόλου τοῦτο τὸ εἴσοδον γωνή τις ἔστηκεν, ἢ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ καὶ ἄπαντα εἶναι; Καὶ μάλα. Ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ, καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων, Παιδείαν καλοῦσιν· οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μὲν τοι σωζόμενοι, ὁπόταν βάλωνται εἰς τὸ ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πως τοῦτο γίγνονται. Πότερον δὲ ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸ ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα; Ἔστιν, ἔφη. Οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τοῦ σειβόλου ἀναπαυόμενοι, τίνες εἰσίν; Οἱ τῆς ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐφεστῶτες, ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς Παιδείας συνομιλεῖν.

Τί-

Τίς πόθεν εἰς ἀνθρῶν; utique etiam meminisse debemus illud Cebetis, quod sequitur, Τί πότε αὕτη ἡ μυθολογία δύναιτο, & τί πότέ ἐστιν ὁ μύθος. Tum Justus Velsius videtur satis commode reddidisse antiquius, *quænam essent & ad quæ tempora pertinerent*. Neque enim in argumento picturæ ex fabulis petito considerando magis locus, ubi contigisse narrantur istæ (quarum præcipua sedes fuit Græcia) attenditur, quam tempus. Itaque quum & ipsi tres Gallici codices in eam conveniant, cur non Wolfiana rejecta eam restituerem, ut notet, quam partem mythici temporis (id solenne pictoribus argumentum) referret. Immo tam necessaria est hæc mutatio, quantopere meretur repelli Wolfiana licentia, quod quidem prorsus debet

bet fieri, quum ad hæc duo reſpiciens mox in reſponſione ſenis ſcribat, ξένῳ ὃς πάλαι πολὲ ἀφίκετο δεῦρο, nihil penitus declarans de loco, unde potuerit veniſſe. Diverſum quid ſtatuit Odaxius *quænam & quales eſſent*, ſatis libere interpretans.

Ἀλλὰ πρόβολος, ἐν αὐτῷ ἔχων] Si advertis, vides bonos interpretes potuiſſe in Latinis videre adjiciendum eſſe verbum ſubſtantivum, quod faciunt omnes: tempus igitur denique eſſe nobis videbatur, ut Græca quoque integra legerentur, id quod ipſis tribus Gallicis libris confirmantibus ſecure feci, ut vides, quum & ipſa Græci ſermonis feſtivitas id poſcat, πρόβολος ὢν, ὢν ἡ ἐς πύλη, quæ repetitio paſſim obvia. Id monendum duxi, ut ſemper poſthac

hac fiat, nec in hac parte fluctuent editiones, ut istæ post Wolfium, quum & ante eum Parisina Martini Juvenis exhibeat id ipsum, quod reposui ex Mss.

Ἔνδον ὴ ἓ πολέμου] Libens admiserim, quod membrana vetustior & Lascaris exemplar habent, καὶ ἔνδον ὴ, interjectione solita in progrediendo. Sed & mirum, quod in omnibus tribus legatur ἔνδον ὴ ἐν τῷ πολέμῳ, quod sane refert cognosci.

pag. 5. Ἀπορέντων ἓν ἡμῶν] Sic edere non dubitavi pro vulgato ἀπορ. ὴ ἡμῶν, sequutus auctoritatem vetustissimi libri. quod post ita multiplicem adversativæ repetitionem non modo suavius, sed & post tam longam causarum dubitandi recensionem necessarium sit, ut denique sequatur conclusio (quæ

(quæ particulæ iſti inſidet) & confeſſio ſimul ac defenſio affectus, qui eos occupabat. Nec profecto peccabis, ſi voculam ἢ hinc expulſam reponas ſtatim in ſequentibus, ἐδὲ γὰρ (ita edidi) τ̃ ἁπιχωρ. πολλοὶ οἴδασι, quomodo illic etiam legit idem vetuſtiſſimus, ita ut poſtremum agnoſcat non modo ille, ſed etiam alter MS. & non niſi Laſcarinum exemplar habeat vulgatum ἴσασι. Licet enim mox ſequatur rurſus ἐδὲ γάρ ἐστι πολιτ. ἀν: nihilominus in ratiocinando non male iſta ſibi ſubnectuntur.

pag. 7. Νεώτερ@ γὰρ ὢν πολλὰ ἢ ἀπαιδαῖα διελέγετο] Locus plenus ſcrupuli. Nam quum alii eum notarent, alii molliendo tranſirent, ambo non attendentes ad id quod debebant, nec quid lateret advertentes, fere omnes ad eun-

eundem Ludovico Odaxio modum interpretantur. *Si quidem adoleſcens adhuc & complura ſtudioſe diſputabat*, niſi quod Wolfius *junior cum eſſet*, nec ſcio utrum a ſe, an ex imitatione Velſii, qui quum ſic interpretatus eſſet, ita ſe exponit; non quaſi ju-
„venis quiſpiam fuerit, ſed mi-
„nus ſenex, ut in ἀκμῇ ætatis
„fuerit, quando ut corporis boni-
„tate ad ſummum profecit, ita
„animo quoque, cujus corpus
„inſtrumentum eſt, plurimum
„valere incipit, ceſſantibus illis,
„quæ incrementi tempore obti-
„nebant in corpore, materiæ fluctibus & agitationibus. Quæ vides eſſe magnam partem congrua Caſelianis, & quod inde abit Caſaubonus, perparum ſane eſt. Qui quidem dum ſic mentem ſuam diri-

dirigunt, oſtendunt ſane nihil aliud quam ipſos id facere ſine pharo, non magis quam auctor verſionis Arabicæ, *perſpectum habui fuiſſe virum magnæ indolis. Audivi eum narrare res præclaras, & multa fuit admiratio mea de eo, ob primitias annorum ejus.* Quod ut nimis floridum, ita procedit contra Græcorum ordinem. Præter hos video auctorem Belgicæ verſionis verba illa accepiſſe quaſi eſſet, *καίπερ νεώτερ@ ὢν, al was hy noch wat jonckachtich.* Sed mirum eſt, primo cur de eo tantum juniore dicat; cur nihil de ſene? quid ſeni accidit? ut junior potuit fuiſſe ſapiens, ſic ſenior potuit ſapientior, imo ſapientiſſimus, qualem fuiſſe apparet haud dubie ex hac tabella, Secundo quidni fatuum

Bayerische Staatsbibliothek München

eſt loqui de eo, quod nihil ad rem facit? & res perinde ſe haberet, ſi de ætate omiſiſſet. Accedit, quod in notis referri video in mentem veniſſe patri meo, νεωτέροις γὰρ ἂν πολλὰ &c. quod & in marginem codicis ab eo conjectum video. nempe juvenes a ſenibus, non ſenes a juvenibus diſcere. Quod quidem ut verum, ita non inde confirmatur iſta conjectura, quum neceſſe non ſit, ut dicatur ille apud juvenes multa diſputaſſe, quum id fecerit apud omnes ſpectatores ſine ætatum diſcrimine, & quotquot de argumento aut alia ſapientiæ parte eum conſulebant. Scopum quem tangere debebant, non vident. Nam ratio præcipua haberi tum hic, tum per reliqua omnia debet vitæ Pythagoricæ & Parmeni-

nideæ!, quæ nec talis erat, ut adoleſcenti potuerit infigi, nec etiam id faciebat, ut juvenes doceret, quum ad integras civitates emendandas, in quibus omnis ætas, & omne genus, ſe excitarent: neque enim hic utique de ſola ſchola adoleſcentium agitur. Veriſſimus oriretur ſenſus, ſi liceret tranſponere, πολὺν χρόνον νεώτερος ὢν. πολλὰ γὰρ καὶ παιδαῖα. Ipſe nunc ſenex de ſe loquitur, dicitque ſe quum eſſet junior (quod ſequi neceſſario debet ex eo quod præmiſit illum tabulæ dedicatorem fuiſſe illic πάλαι ποτὲ, ut jam non innuat utique eum junioribus præcepiſſe, ſed ſe modo, quum junior eſſet, inter reliquam audientium turbam ſæpius adfuiſſe) aliquoties illum vidiſſe & audiviſſe, quoniam

ſcilicet ſolitus erat doctrinas habere & perſæpe etiam de hoc ſuo donario diſſertare. Quæ ſicuti olim ad hunc modum concepi; ita nunc teſtor, quum duo codices vulgatam lectionem præferant, tum in vetuſtiſſimo eliſa eſſe iſta νεώτερ@ χὰρ ὧν, & tum habere in recto ſcripturæ ordine πολλὰ χὰρ χ̀ ασϐδαῖα, certiſſimo documento illud χὰρ inter νεώτερ@ & ὧν non eſſe niſi vitium ſcribentis, quod tamen quum alii librarii ex iſto exemplari eſſent imitati, doctus poſſeſſor induxit: certe alterum χὰρ poſt πολλὰ jam antiquitus fuiſſe poſitum, ut adeo tandem tempus ſit veram ſcripturam Cebeti reſtitui, quod feci. Qui nuper ſcripſit, ſe lubentem legere, ſi ullo antiquo codice adjuvaretur,

νεωτέρου γὰρ ἤκουσα, quaſi diceret ſe eum audiviſſe, cum ipſe adhuc juvenis eſſet; male Græcam orationem profert.

Ἀλλὰ τοῦτο δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι] Vetuſtiſſimus auctior ἀλλὰ τοῦτο πρῶτον δεῖ ἡμᾶς, quum recentior vulgato congruat, Laſcarinus vero ἀλλὰ τοῦτο πρῶτον ὑμᾶς, neglecto verbo δεῖ. Ne dubita, quin veriſſime integrum perfectumque Cebetem tibi exhibeat vetuſtiſſimus, modo retineas ἀλλὰ τοῦτο πρῶτον δεῖ ὑμᾶς. Quod vel inde poteris tibi perſuadere, quod accurate Arabs interpres curam ejus verbi geſſerit *præterquam quod oporteat primum ut audiatis ex me.* Etiam quod ſane miror, jam Lud. Odaxius, *atqui hoc prius admonendi eſtis.* Utrobique igitur ſupplevi.

Ε'ὰν μή τις σωίη] Mirifice turbant codices antiqui, ex quibus Laſcarinus ἐὰν μή ἷις μὴ σωίη, alter ἐὰν μὴ ἷις μὴ σωίη. Pariſina anni 1557 ἐὰν μή ἷις σωῇ. Ex qua differentia patet veram eſſe lectionem vetuſtiſſimi libri ἐὰν μὴ τις μὴ σωιεῖ. Nam & verbum ita format, cujus fidem, quod ad particulas, dubiam habere nolui. Sed & mox ἐὰν δέ τις γνῶ.

Οὐκ ἂν φθάνοις πίνυν] Quum mirificæ hic ſint interpretationes, tum ſummam ineptiis impoſuit poſtremus, qui neſcio unde edere ſuſtinuit οὐκ ἂν φθάνοις, plane quaſi non ſatis efficaciæ eſſet in vocabulo πίνω, atque ideo ἄν addere Cebes etiam debuerit. Sed ille quidem deinceps non meretur ullum ſententiæ locum habere, atque idcirco eo rejecto re

recepi quod omnes ferme editi ac ratio Græci ſermonis dictant. De intellectu autem & ſententia mirifice actum, quod cognoſcas licet ex Latinis interpretationibus, Wolfiana *Quamprimum igitur narres velim*, Caſeliana *Quin igitur nobis iſta explicas*, Odaxiana *Nequaquam igitur nos oratio tua præveniet*, Velſiana *Haudquaquam igitur nos enarrando anteverteris*, Barthiana *Non igitur nos narrando ſic prævortes.* Ex quibus quidem ſine dubio probatiores videntur tres poſtremæ, ſive ſimplicitatem verbi conſideres, ſive ſententiæ declarationem. Nam id quod ait Wolfius, poteſt dici non reſpectu cupiditatis, ſed quoniam vel nolo diutius ibi manere & attendere, vel quod negotia alia

prohibeant morari : tum etiam in Græcis nihil de ſua unius perſona , & quum promittens dicat *nos audiemus* , verius quoque in urgendo dixiſſet *velimus*. Sed nihilo meliores ſunt aliæ. Etſi enim ipſum verbum expri-matur ; ſane non in eo conſiſtit notitia ſermonis , in quo vel plurimum dandum eſt conſtructioni. Et utique in interpretando non nos loquimur , ſed alium loquentem explicamus. Ita quum verbum φθάνω includat feſtinationem & præoccupandi actum ; hic tamen neceſſitatem declarat. Hoc illi ſcire debuerant , quum ante tot annos id docuerit eruditiſſimus Budæus & ex eo Hen. Stephanus , ex Platone , Demoſthene , Ariſtophane , Luciano , ut ſignificet , *omnino igi-*

igitur narres ; non effugies igitur quin narres. Sed vide illos, & miraberis voluiſſe hos Græca interpretari, nec tamen ſatagere in Græcis intelligendis, & Cebetis vicem dolebis.

pag. 11. Πεπλαζμένην τῷ εἴδει] Conſtare videtur figuræ ſententia, nec de ea quiſquam antehac dubitavit. Sed etiam dubitare nullus poteſt, quin ex hoc Tabulæ Cebetinæ loco adornaverit ſeſe Dio Chryſoſtomus in oratione de Regno pag 78. προηγείσθω ἡ τούτων Ἀπάτη, πάνυ ὡραῖα καὶ πιθανή, κεκοσμημένη κόσμοις ποικίλοις, μεθειμένη καὶ ὑποκρυπτομένη πολλῷ ἀγαθῶν, ὡς ἐπ' αὐτὸν ἄγουσα τὸ δαιμόνιον, ἕως ἂν εἰς τὸ βάραθρον καταβάλῃ λαθοῦσα, εἰς πολύν τε καὶ ῥυπαρὸν βόρβορον. τούτῳ δεσπότῃ λατρεύουσαι πολλαχοῦ) καὶ τὸ βίου. Hæc enim ni-

hil aliud quam ample & laxe de-
ſcribunt vel ea quæ his verbis con-
tinentur, vel reliquam fictionem
auctoris noſtri: & quod Cebes ſa-
tis liquide in lectoris vel ſpecta-
toris ingenio reliquit, Dio ad
facundiæ ſuæ ſpecimen interpre-
tatur. Id ipſum vero Cebetinum
ingenium velut antea propoſitum
erat ab Salomone Rege, quem
Græce loquentem ſic vulgo tranſ-
tulere ex Proverbiis VII, 10. ἡ δὲ
γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ εἶδος ἔχουσα πορ-
νικὸν, planiſſima quidem ſenten-
tia. Hinc ego quidem hactenus
acquievi & verbis Cebetis & illis
quæ collecta præmiſi, ut tamen
ſemper ſuſpectum habuerim iſtud
vulgatum; primo, quod & ho-
neſta queat eſſe πεπλασμένη τῷ εἴδει,
quippe & varius eſt τῆς πλάσεως
modus ac finis: ſecundo, quod vix
lo-

locum adeo ſimplicem ex omnibus Græcis ſcriptoribus interpretes tot Latini tam variis rationibus tranſtulerint quam hunc ipſum. Arabs, Odaxius, Caſelius, Velſius, Wolfius, Barthius, quisque aliquid habent ſingulare, & in quo lector hæreat. Quæ omnia nunc magis mirari cogor, quòd ipſum, quod propinatur ab omnibus Cebetis editionibus, in nullo occurrat ex tribus ſcriptis, utpote qui concordes habeant τῷ ἤϑϟ. Ut brevis ſim, hoc ipſum nunc ob graves cauſas ne dubitandum quidem opinor, quin longe probabilior ſit iſta ſcripta lectio, immo veriſſima, ideoque adſcivi. Nec, licet aurea ſit, deſcriptio Dionis vel ad acumen Cebetis hujus vel ad locum hunc videtur mihi ſatis béne convenire. Ne am-

ambigas aut de arbitrio noſtro aut ſancta membranarum fide, habe in anteceſſum iſta Ariſtæneti lib. I epiſt. 2. καὶμὲ διηρώτων αἱ μείρακες ἀμιλλώμεναι πρὸς ἀλλήλας ἀδόλως, ἓ ἤθεα ὰ πεπλασμένον ἐμφαίνον. Quid niſi ipſum Cebetem ante oculos habuit? Immo ſic Cebetem editum fuiſſe ab Pariſinis anno 1557 nunc etiam deprehendo; ut neſciam, quis id ſuſtinuerit mutare.

pag. 13. Πλῆθος γυναικῶν ἑταιρῶν, ποικίλοδαπὰς μορφὰς ἐχόντων] Quæ neceſſitas, mens vel ratio ejus caudæ, quam velut deſcriptionis cauſa adnexam vides? An ulla illaudabilis cella eſt, ullus proſtitutarum cœtus, ubi non appareant tales variis prædítæ formis, ut ab Wolfio hic tranſlatum audimus? Quid vero illa teſtor? an eſt ulla

ulla urbs, urbis platea, imo domus ulla, licet honeſta, ubi non appareant mulieres variis prædítæ formis? An non meminimus Ovidii? *Facies non omnibus una, Nec diverſa tamen; qualem decet eſſe ſororum.* Nonne omnium eſt eadem hæc Minucio Felici conſideratio? *quod magis mirum eſt, eadem figura omnibus, ſed quædam unicuique lineamenta deflexa. Sic & ſimiles univerſi videmur, & inter ſe ſinguli diſſimiles invenimur.* Et id tantum de facie. At μορφὴ etiam ſupponit de ipſis ornamentis & exteriore cultu; qui inter quas ſolet eſſe idem? Quæ igitur iſta ambagum acceſſio, nihil prorſus notabile & dignum admonitu continens? Et tamen, ut Wolfius, ſic fideliter reliqui interpretes aut anteceſſerunt aut ſequuti ſunt.

In

In quibus Odaxius, *mulierum meretricum multitudinem quandam diverſos adſpectus multifarioſque præferentium.* Qui quum ſic continenter hæc ſcripſerit, nulla vel levioris diſtinctionis nota addita, in eo idem facit, quod editio Pariſina anni 1557, etiam perpeti ductu hæc Græca efferens. Velſius, *mulierum meretricum quandam multitudinem, quæ variæ ſint & multiformes.* Barthius, *videſne agmen mulierum proſtitutarum, varias ab omni genere formas aſſimilantium.* Niſi quod Arabs omittens voces Chriſtianis auribus inviſas, *nonne vides intra portam mulieres diverſarum ac variarum formarum*, alioqui nihilo melius, & acquieſcit his talibus Caſaubonus. Porro in notis quam exilis accuſatio Snecani & ſe

& ſe ipſum denuo corrigere poſtea compulſi? Quam falſe huc ab Caſaubono tranſlata Platonica? Utique ipſe Cebes infra ait δόξας non eſſe rem levem & momentaneam. Immo quum meretrices ſemper perdant, δόξαι non ſemper, debuerat alia cogitaviſſe nec poſſe ab Cebete δόξας vocari γυναῖκας ἑταίρας. Itaque omnia ab viris alioquin doctis huc allata parum mihi probantur, nec vel ipſi Cebeti placere poſſunt. Longe alius ſenſus, major efficacia, ſplendidior ipſa veritas elucet, ſi dixero interpungi debere ad hunc modum, πλῆθος γυναικῶν, ἑταιρῶν παντοδαπὰς μορφὰς ἐχόντων, *turbam mulierum, omnigenas meretricum formas præferentium.* Nullibi inſanior ornamentorum vel ineptiarum tam in veſtitu, quam faciei

faciei pigmentis & capite exſtruendo varietas aut nunc eſt, aut fuit iſtis ſæculis, quam apud illas, quæ ſe non ornant ſibi aut maritis, ſed oculis luxuriantium adoleſcentum. Id quod nunc latiore documenti probatione diſputare non eſt operæ, quum ſit notum ex ſe. Et hæc omnia apprime congruunt inſtitutæ ſimilitudini & argumento, quod nunc Cebes in manibus habet. Heu! quam varium χρῆμα eſt tam δόξα, quam ἐπιθυμία, ut & ἡδονή? & præter hæc auctor utitur in iſtis plurali numero. Non ſunt ἑταῖραι, ſiquidem quandoque ſervant; ſed ad harum ſpeciem exornatæ. Hæc multis queunt illuſtrari. Itaque ſuſtinui editionis hujus diſtinctionem ac ſententiam ad iſta concinnare.

Συμβαλέσθον) ποῖός ἕκαστον] Ut facile

cile condonare potui viris doctis hanc loquutionem ſine obelo tranſeuntibus, quum idem, qui hunc locum citat H. Stephanus, ſic quoque producat ex Plutarchi Fabio, ubi Scipio negaſſe dicitur αὐτόθι ξυμβαλέσθαι πρὸς Ἀννίβαν: ſic nunquam tantum animi habui, ut poſſem ſtatuere in libello tam brevi ac tantæ ſimplicitatis credi oportere nunc ab auctore ita ſcriptum fuiſſe, quum infra dicat ἀναπηδῶσι καὶ συμβαλέσθαι αὐτοῖς. Quod quidem ita mihi diſplicuit, ut inde cenſuerim longe melius futurum fuiſſe, ſi auctor ſcripſiſſet παρ' ἕκαστον, *identidem*, quod opinionibus voluptatibusque nunc his, nunc illis hominem invadentibus, apprime conveniebat. Sed gratiſſimâ voluntate nunc accipio, quod præbent

MSSti Parisini, πλέκων) πλοὺς ἕκα-σον, quod miror ab nullo in scriptis libris annotatum, quum sit oportunissimum. Etiam in illis est ποῦ ἢ ἀπάγεσι, non ποῖ. Et cur sic fecerunt? quum utique infra pag. 71. ὅπου ἂν καθαρθῇ, ποῦ ἀποστέλλ. Sic notarunt in epistola Pauli ad Hebræos XI, 8. οὐκ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχε). Lucæ 24, 28. ἔ ἐπορεύοντο. Itaque & in hoc scriptis codicibus hanc editionem applicui, non ignarus haberi postea ποῖ βαδίζειν.

pag. 15. Ὥ᾽σπερ ὁρᾷς. Ὁ᾽ρᾷς καὶ σὺ᾽ πε. εἶσω.] Molestæ se exhibent hîc nuperæ notæ. Et video quid dicatur de domestica sententia. Sed nescio quo auctore pronuncietur male de Wolfiana, & quas cæteras editiones cum ista sua lectione convenire dicant. Etenim quum

quum Velſius interpretetur, *quænam vera in hac vitâ ſit via, non inveniunt, ſed temere oberrant: quemadmodum vides & eos qui prius ingrediebantur, huc illuc circumduci, quocunque ipſæ commonſtrent*; quum Odaxius, *quænam vera via ſit, in vita non inveniunt: ſed inconſulto errant, ut videre licet ex his, qui prius ingredientes eo circumvagantur, quo ipſæ commonſtraverint*; quum etiam Barthius, *quæ viarum ſit vera in vita, ſed huc illuc feruntur, quomodo videre potes & illos, qui prius ingreſſi ſunt, circumduci & palare, quacunque iſtæ monſtraverint:* Utique igitur hi omnes ſic hunc locum interpretantes invenerunt ſimpliciter in ſuis exemplaribus ſemel modo illud ὁρᾷς & quidem non interpoſito puncto. Rurſus

ſus qui omnium eſt vetuſtiſſimus interpres Arabs, quid ille ſequitur? Habentur ex eo Latine ad verbum verſa iſta: *minime poſſunt diſcernere rectam viam, quâ convenit eos incedere in vita ſua, inque commercio ſuo cum mundo: ſed abeunt ſua quiſque ratione, prout vides, quo abiere ii, qui præceſſere iſtos. Introivit itaque imprudens ac ſocors. Video, inquam.* Equidem ne ille quidem id geminatum agnoſcit. Sed hæc demum interpretatio Latina, quæ eſt Wolfii, quam & Plantiniana anni 1585 & Tornæſiana 1613, & in hoc oppido minimæ formæ cum Snecani notis ab Lemairio edita adoptarunt, expreſſit iteratum, atque adeo ex his Latinis etiam verſio Belgica Antverpiæ edita 1564, & altera poſt Amſtelædami

mi 1658. Hinc quænam editio pluribus conſtet auctoribus, ſatis opinor patet, quum nullam norim, ubi in Græcis repetitur iſtud ὁρᾷς, præter unam Merici Caſauboni, neſcio an ex Caſeliana, quæ ſane in Græcis ſemel modo illud ἑρᾷς expreſſit, ſed auctor interpretationis Latinæ Caſelius velut auctoritatem in hoc loco ſuam volens perſcriptam exſtare *ſed temere errant, ut vides. Viden' quoque primum illos ingredientes ut varie circumagantur.* Hanc vero editionem in præfatione laudat Caſauboniana, & iſtam ſequuta eſt Oxonienſis 1680. Etiam quum pater illud annotavit, non ut deſumptum ex alia editione, ſed ut ex ipſo natum adſcripſit. In hoc æſtu qum deeſſent libri ſcripti, ratiocinando ſtandum mihi fuit.

Jam vero ab illo primo, quod videri ab ipso ſupponit per voces ὡς ὁρᾷς, debuit aliud quid & diverſum eſſe, quod per ſequentia ὁρᾷς ☾ exprimitur. Id omnis bona & par oratio ſponte oſtendit. At id hoc loco non fit. Agitur enim de iiſdem. Nec quidquam vult aliud, quam ut id quod adſeveraverat verbis & velut hiſtoriam narraverat, exemplo & ipſa rei veritate confirmet. Statuit ſcilicet eos errare; id ut certe credatur, conſpectum ejus advocat & vere demonſtrat; ita ut nihil in ſequentibus ſit, quod non & præcedentia prædicarunt. Deinde an εἰσπορδόμωι ſunt *ingreſſi?* cur non igitur etiam pag. 11 ἀναπέπλ ποῖς εἰσπορδομώοις ſic vertit Wolfius? At ibi plane non poſſunt ita verti. Immo per ὃν᾽ ἀλόπερον εἰσπορδο-

παρδομένους intelligit primum ingredientes, qui cum maxime intrant, ſtatim errare incipiunt. Etiam δϕηνύωζιν cur *monſtrarint?* immo adhuc *monſtrent*. Hæc igitur quum ſic deſtituti nuper egerimus, teſtor nunc in Mſſ. omnibus eſſe ſimpliciter ὥσπερ ὁρᾷς καὶ ἔστ' ἀεθέπερον εἰσπαρδομένους ὡς ἀδιάγοντας ὅπη ἂν αὖπαν δϕηνύωζιν, ut ad liquidum quoque habet Pariſina anni 1557. Eſt enim ἀδιάγειν uſurpatum velut neutrum, ſed in quo omittitur caſus quartus ἑαυτὸν, ut apud Achillem Tatium lib. 5, ἀδιάγων ἐμαυτὸν εἰς πᾶσας ἀγυιὰς, ut *flecto* apud Latinos. Sed & præterea ſane duo MSS. ὁρῶ τεῦτον, quod ſequuntur Plantinus & Tornæſius, & Lemairius anno 1634, (& idem reor eſſe, quod Arabs ait introiviſſe imprudentem ac ſo-

cordem, quem alter videre fatetur) ac primo ejectum ex Salmaſiana, quum in verſione, quam exhibent, Wolfius videatur legiſſe πεδπα. Unus porro videtur habere τύπις; exiſtima unde, an non ſcripſerit τυπῖ, ut ſupra, τυπὶ δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι.

Ἔστι ὃ ὰ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ Ϲ μαινομένη Ϲ κωφὴ] Quum in hoc ſermone ſit vel nulla vel non decens exaggeratio, quam promittit, non poſſunt hæc tolerari, ſiquidem exaggerationem ineſſe credimus. Quum repeti deberent duo priora prædicata, utpote ſpectatori nota & animadverſa, & addi in fine ſolum tertium, male profecto iſta invertit. Quod licet tranſeant interpretes, patet tamen Arabem hæſiſſe, dum ſic reddit; *Verum quam ſignificationem*

nem habet iſta mulier, quæ opinionem facit, quod cœca ſit ac mente capta? inſiſtit autem lapidi rotundo. Hæc, reſpondit, Fortuna eſt. Nec cœca tantummodo eſt, ſed ſurda etiam. prorſus omittens illam *μαινομένην* male poſitam, ſive ex auctoritate ſua id faciat, ſive quod in Græco exemplari, cui inhærebat, ſic ſcriptum repererit. Ex quibus ſi hoc conſtaret, profecto dubitare non deberemus in his vocibus *μαινομένη τε*. Quod quum non conſtet, & in Gallicis nulla ſit obſervata mutatio, non temere exiſtimavi tranſpoſitionem faciendam, *ἔστι γὰρ οὐ μόνον τυφλὴ καὶ μαινομένη, ἀλλὰ τε καὶ κωφή.* Nec ſemel oſtendimus in hoc libello temerarias trajectiones contigiſſe. Video tamen poſſe ordinem relinqui, ſi confirmatæ dubitationi integræ

adjectum inopinanter aliud credamus.

pag. 17. Ἡ παρ' αὐτῆς δόξις] Sic alii, & infra item ipse auctor. Sed vetustissimus, ἡ ἀπ' αὐτῆς, qui etiam mox ὁ ὢν τ' ἀνθρώπων πλὺς ὄχλος ἔστ', quum Lascarinus, ὁ ὢν ὄχλος ὁ πολὺς τ' ἀνθρώπων, etsi tertius non auctior vulgato.

Καλεῖνται καὶ ἔστι ἀσυμβούλευτοι.] Non potest ratio sermonis procedere, licet quod sciam ita legatur in omnibus editis; unde etiam copulativa in Latinis non advertitur, tam Wolfii, quam Barthii. Unde ego ita me comparavi, ut eam quoque vel expungi debere judicarem, vel pro ea substitui particulam μὴ, quam videbantur in exemplaribus suis observavisse Odaxius & Velsius, quorum uterque reddidit *Vocantur*

tür hi quidem inconſulti. Nunc teſtor in tribus codicibus Regiis eam ſic conſpici, ut compulſus fuerim ei nunc locum ſuum reddere. Quippe qui ad id ſatis graves auctores ſunt. Sed his etiam momentum non leve addit Pariſina anni 1557, quam quum in interpretatione componenda videatur adhibuiſſe Wolfius; non eſt quod audiamus Caſelium reddentem *Etiam hi appellantur Improvidi*, quum inconcinna plane ſit prior vocula. Immo ut verius poſſis ſtatuere de Caſeliana Elmenhorſtii, illa non modo nunc exhibet καλῶν) καὶ ἔτι, ſed & mox in ſequentibus refert ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκῶσι χαίρειν, καὶ οἱ ἢ ἀθυμῶσιν, non modo contra ſcriptos & editos codices antiquos, ſed etiam Græcæ loquutionis bonitatem.

pag.

pag. 19. Περὶ μὲν τούτων καὶ αὖθις διαλεξόμεθα] Nihil in his dubii, & formula eſt ſolennis erudientium apud Græcos, frequens præſertim in Maximo Tyrio; ut initio diſſert. XIV. ἀλλὰ περὶ μὲν καὶ αὖθις σκεψόμεθα, λόγῳ δὲ ἤδη τανῦν &c. XVI. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοι καὶ αὖθις παρ' ἐμοῦ λελέξεται. ἐπανάγω μὲν ἐπὶ τὸν λόγον. XXVI. καὶ τοῦτο μέν σοι παρ' ἐμοῦ καὶ αὖθις λελέξεται. νῦν δὲ ἴωμεν. Sed cogit nos diffidere codex vetuſtiſſimus, qui legebat καὶ αὖθις σκεπτέον διαλέγεσθαι. Quam ſcripturam quo attentius lego, eò magis incipit mihi probari: & ſane doctior eſt, quam ut non ab Cebete proficiſci potuerit. Licet enim hodie ignoretur, certe non videam ullibi obſervatum; nos tamen probe novimus σκεπτέον Græcis uſurpatum pro licere. Diogenes Laertius in Theo-

Theophraſto. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκέτ' ἐκποιεῖ βαλλάνειον ἢ πραχτέον, ὑμεῖς δ' ἀποκέψασθε ἢ ποιητέον. Polybius II, 24. ὥσθ' ἡμῖν μὲν ἂν τούτων ἐν τοῖς ἐξῆς ἀφέστερον ἐκποιήσῃ καταγνοεῖν. XVII, 9. τῷ δ' ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις τὴν αἰτημένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐκποιεῖν ἔφη χαρίζεσθαι. Ut equidem Cebeti ſuum vindicandum cenſuerim, & loco repoſuerim.

Ὁρᾷς ἂν, ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον εἰσβολὸν, ἢ γυναῖκας ἔξω τοῦ εἰσβόλου ἐσηκύας] MS. vetuſtiſſimus, ὡς ἂν ἢ γυναῖκας per repetitionem. Sed puto innuit ὡς αὖ καὶ γυν. *ut rurſus etiam mulieres*, prout ſcilicet antea quoque occurrerunt. Vitio autem calami opinor Wolfius in nota citat ὡς ὅταν παρέλθοις. Eſt vero hic locus exulceratiſſimus, ut

ut patet primo ex nota Wolfii, secundo ex interpretationibus, tertio ex picturis, quas de hoc loco fecerunt, adeo ut omnes tres quas nominavi, bona fide nihil contineant, nisi mera vel ficta vel inepta, vel sibi contradicentia: quippe quum in nulla pictura exprimatur circa hunc locum talis porta, quam præterire aliquos in hoc primi septi loco constitutos oporteat, & sic prorsus negent, quod in interpretationibus adfirmatur. Et vero posthac id ipsum pluribus alias demonstrabitur. Suffecerit in tempore; si dixero ne quidem concipi recte hæc, quæ dicit Cebes, posse, nisi interpreteris, *ubi portam istam accesseris*. Nam & verbum παρελθεῖν sic intelligi tum docebitur.

pag. 21. Παρ' αὐταῖς μιμήσῃ] Nullum

lum dubium eſt, quin ita ſcripſerit Cebes, & exſtat hæc ſcriptura in codice vetuſtiſſimo. αὐτὰς nihil eſt, niſi lapſus aberrantium librariorum, unde in Laſcarino & alio minoris pretii libro habetur.

Κακοπάθειαν ἔχοντα ἀδεμίαν] Sic concordes legunt tres codices; nec meretur nota Wolfii, ut vel in editionibus repetatur, quum non aliunde niſi ab temeritate infirmi ſenſus proficiſcatur. Quid enim? hic notari oportet ſe malle μηδεμίαν, ut concurſus vocalium vitetur? at pag. 63, ubi legitur, ἐφ' ᾧ ἀδὲν κωλύει, taceri oportuit? pag. 59 ἐκεῖνο οὐδέπω & Ϲ οὐδὲν & ἡγοῦνται εἶναι & εἶτα οὕτως & πῦ ἀπάγχειν & αὖται εἴζω & οὐχὶ αὐτὸν & ὅπως ἂν & παντάχοσ οὗ ἂν & ἢ οὐ δοκεῖ. Tu hinc crede non evi-

evitatum hunc concurſum Cebeti.

Παθῇ ὑπ' αὐτῶν εἰς τ' ἡδυπάθειαν] Hactenus bene Wolfius, quod rariorem conſtructionem notet. Sed non tantum rarior eſt, ſed certe uſurpata nunquam: & quum verbum πείθεσθαι quotidie fuerit Græcis in ore, & hinc apud ſcriptores paſſim occurrat, conſtructio iſta ignota ut fuit olim, ſic nunc eſt. Itaque debuit in eo ſibi credere vel iſtud εἰς abundare, ut dixerit πάθῃ τῲ Ἡδυπάθειαν, quomodo & alii loquuntur, & auctor epiſtolæ ad Hebræos 6, 9, πεπείσμεθα περὶ ὑμῶν τὰ κρείττονα; vel verbum aliquod deeſſe, quod quacunque occaſione amotum & amiſſum eſt. Id ego quum ipſum reprehendere non poſſem, nec omnia adjumenta mihi præſto forent, in anteceſſum putavi

tavi esse δοδναμ ζε ἀγόμδμον; ut infra, Δόξαν πωύτδω, τδὶ ἄγεσθαν αὖτ εἰς τδὶ ἀληθινδὶ Παιδείαν: & rursus, licet alia præpositione, πότερον ἔν ἄλλη ὁδὸς ἐστν ἐπὶ τδὶ ἀληθινδὶ Παιδείαν ἄγεζα, pro qua Φέρεσθαν dicit inferius, ut cogerer hærere. Sed lætus postea intellexi repetitionem literarum voculæ εἰς in causa fuisse, ut amitteretur. Habent enim omnes tres Gallici πλθῆ ὑπ' αὐτῶν εἰσελθεῖν εἰς τδὶ ἡδυπόθην, atque ita contextum replevi, tanto constantius, quod pleniſſime sic quoque legi postea cognorim in editione Parisina 1557, ut scrupulum huic loco insidentem nulli nisi Wolfianæ conniventiæ imputari conveniat. Occurrit quoque infra, ὁπόταν βάλωντ' εἰς τδὶ ἀληθινδὶ Παιδείαν ἐλθεῖν, & εἰσέλθωζιν εἰς τδὶ ἀληθινδὶ ὁδόν.

Præterea hîc obſervari meretur, ſubito quidem ad uſum hujus vocis venire Cebetem, nec præmonuiſſe quid ſit aut pro quo habeat, utrum viro, an fæmina, an qua alia re, ut fecit in cæteris, & hinc vulgo exprimitur quaſi res, Arabe vertente *qui morem eis gerit & voluptates adit*, (quod ſane tolerari nequit & periro facit ingenium Cebetis, qui Η'δονὰς jam ſupra nominavit, ac ſuos locos eis attribuit, ſane diverſos) Odaxio *ſi quis itaque perſuaſus earum blandiciis eo ſe contulerit* perquam obſcure, Barthio *ſi autem perſuaſus quis fuerit putans meras ſe adepturum voluptates* eadem felicitate qua Arabs, nec felicius Wolfio *quod ſi quis obſecutus, delicias amplexus fuerit*. Longe hos omnes accurata Cebetis attentione

ne antecedit Velſianum iſtud *ſi quis itaque ab ipſis perſuaſus ad Vitam ſe voluptariam conferat*; addita declaratione hîc etiam legenda: Ἡδυπάθειαν *quam nos Vitam voluptariam vertimus (eſt autem proprie affectio jucunda & ſuavis) ab auctore tanquam fallacem & fucoſum proponi finem ex ſuperioribus ſatis patet. Eoque ejus domum quandam eſſe facit quod manſionis & quietis, quæ fini conveniit, eſt nota.* In quo ut potuerat omiſiſſe de domo, quam nullam ſupponit Cebes; ita ſententiam ejus confirmat univerſa Cebetis ratio, qui res omnes ſtatuſque veſtit perſonis ac ζωμαλοποιεῖ. Imo quanquam id non videatur differte nunc facere in Ἡδυπαθείᾳ, facit tamen ſatis perſpicue infra. ὅταν δὲ ἔτι ἀπολαύων εἰς τὸ πρῶτον

πείβολον πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν, & ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς ἔτερον εἶπον, ὅτι Ἀκρασίαν καὶ Ἡδυπάθειαν καλοῦσιν. ubi non ſine confuſione Wolfius reddidit *Luxuriam*, quam Ασωλίαν olim fecerat. Porro quum abhinc ſint in conſortio τῆς Ηδυπαθείας, deque ea deinceps agatur, patet iniquos eſſe, qui mox volunt legere ὑπ' αὐτῶν καληθίετο, ubi auctor ſcripſit ὑπ' αὐτῆς, ut habent editi pariter ac ſcripti codices veteres.

Πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ] Equidem quum ſcribat Ariſtophanes in Pluto, Ἢ πᾶ σε παχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα, poterat æque Wolfius & minore cum violentia notaſſe ſe malle αὐτοῦ ἀπολείπῃ, non αὐτοῦ ἆπολείπῃ; quod licet bonum ſit, præter fas tamen utitur licentia, quæ concedi nequit, in fraudem

au-

auctoritatis, quam vulgata obtinere debuit. Sed quod mirum, intelligo in duobus ſecundæ notæ codicibus legi iſtud αὐτοῖς ἀπολίπῃ, quum in vetuſtiſſimo αὐτοῖς ἀπολίπωμι. Quæ utique reſtitutio pulcherrima, nec potui ulterius Cebeti abnegare, quod ipſius erat. Frequens certe eſt conſtructio verbi ἀπολείπειν cum quarto caſu, ut præter exempla ab Henr. Stephano citata patet ex hoc Demoſthenis pag. 76. οὐκ ἔνι δήπου χρήμαθ' ἡμᾶς ἀπολιπεῖν. Sed an non idem Stephanus affert quoque tertium caſum ex Syneſio, οὐκ ἀπολείψει σφαλιῶπις τῷ θεῷ? Lucianus omittit caſum libro 11 Veræ hiſt. ἐπεὶ ὃ ἤδη ἐπέλιπε καὶ ἀπιτήδεια. Καὶ καλὰ παιδία ὁμοία αὐτοῦ] Videtur legiſſe Wolfius ἐκ μοῦ, quod

colligo ex hac verſione *ac poſt eum mulier quædam ei ſimilis.* Arabicus interpres faciens duas mulieres, quum ὄδυρμὸν ſuo ſermone pro virili venditare nequiret, omiſit plane duas illas voces. Odaxius vero *ac deinde ſimilis illi*, quod videtur appropinquare Wolfiano. Similiter Caſelius *ac deinceps mulier ei ſimilis, itidem turpis & tenuis*, quum & in editione illa Elmenhorſtius retineret μετὰ ταῦτά ἰης. Itaque & Velſius. *ac deinde quædam ei ſimilis*, Ergo his etiam ſe accommodant Belgæ, quum Barthius modo *& alia conſimilis illi.* Immo & Salmaſius edidit καὶ μετὰ ταῦτα, ut ante illum quoque Lutetiæ Martinus Juvenis anno 57, & mox Plantinus anno 85 ſuperioris ſæculi, & Tornæſius 1613. In quibus ridere

dere oportet tantam negligentiam. Quid enim? fingamus legi μετ'; an id verti debuit *poſt eum?* Rurſus quæ erunt illa tunc πεσπε, poſt quæ ſequitur mulier? Denique quæcunque illa ſunt, cur poſt illa poneretur *ἀθυμία?* nonne ſat bona comes eſt, ut pariter & ad latus queat incedere? Præter hæc quum videam nihil mutare codices MSStos, & retinere omnes κτ', merito verſionem ad Cebetina concinnavi. Et profecto ex hoc loco patet non utique adſentiendum Caſaubono ad S. Lucæ Evangelium VI, 22 decernenti ταυτὰ ſcribendum, non ταδτα, quum tamen ſignificatio, quam hic circumflexus affert, bene ſatis huc conveniat.

pag. 25. *Εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται*] Tætrum in his latere ulcus, etſi

per ſe patet, clarius tamen patebit ex interpretationibus, ex quibus Arabs hanc habet, *Prolabuntur deinde ad aliud domicilium, cui nomen Infelicitas, viuntque reliquum vitæ ſuæ in adverſa fortuna.* Odaxius, *Poſt denuo in aliud infelicitatis domicilium truditur, atque reliquam vitam in omni miſeria traducit.* Caſelius, *Porro iterum in aliam domum detruditur, in miſeriam.* Velſius, *Deinde rurſus hinc in aliud domicilium detruditur ad ipſam infelicitatem, & ibi quod vitæ eſt reliquum, in omni miſeria traducit.* Barthius, *Mox & hinc in aliam domum ſublimis projicitur, ea malum dicitur infortunium, inibique reliquum quod eſt vitæ, perpeti infelicitate volvitur.* Nam Wolfiana eſt ad manum. Unde apparet

eos

eos aut deseruisse interpretationem vocis ἐνταῦθα, & quidem ut reor de industria, quippe cum sic sibi obloquutura esset oratio, aut emendasse ἐντεῦθεν *hinc*, quod habent Velsius ac Barthius. Sed utrumcunque sit; quî sodes potest dici cum aliis ξυμβιῶν ἡμιωρύμῳ non præfinito tempore, qui deinde truditur aut projicitur in aliam domum? Id sanequam imperfectum est. Præterea quam domum aliam attribuet Cebes Infelicitati, si non carcerem? quis toto orbe aptior ei locus? Tum ex interpretibus alii ipsam Infelicitatem ut domum concipiunt, sicut Arabs & Velsius; alii nomen domicilii fuisse infelicitatem, ut Barthius; non aliter ac si cogitasset de cœna Luculli in Apolline apud Plutarchum; alii denique ipsam

infelicitatem illic habitare, ut ſit infelicitatis domicilium, quod eſt apud Odaxium & Wolfium, quod & ſequuntur vernaculi interpretes. Et ſane ſi in aliam domum fuit demerſus, debuit eripi ex carcere, quum unum corpus dividi & vivens puniri in duplici loco nequiret, ut iſtud ἐν τῷ δεσμῷ ſatis ſpecioſe cogitaverint. Infelicitatem quoque non habitare in carcere ab Cebete ſupponi collegerunt ex eo, quod eam tum adjeciſſet gregi præcedenti; non vero ſeparatim de ea fuiſſet loquutus. Ego autem ſingula recenſens id teneo, nullam in toto hoc commento fabricam, qualis eſt domus, ſupponi. Tot conſortia jam in præcedentibus appellavit Cebes, tot occaſiones habuit de manſionibus & domibus lo-

loquendi ; ſed nuſpiam id illic fecit. Etiam in ſequentibus non novit niſi οἰκητήριον Εὐδαιμόνων ; quod quocunque modo interpretemur, ſane id futurum eſſet miſerum, ſi manibus humanis fabricatum intelligeretur : & ut tale intelligi nequeat, ipſe locum illum deſcripſit ſatis ample. Unde nihil minus ab pictoribus quàm Cebetis tabulam ſimulari cenſeo, qui neſcio quas non ficticias ædificationes huic tabulæ illinunt ; quibus ut decori & veri ignaris ignoſcendum hactenus, ut tamen qui eos inſtruunt ac formant, ab enormi errore non ſint immunes. Hoc autem loco Cebetem ſcripſiſſe dico non οἶκον, ſed οἴκλον. Eſt quidem ita, ut οἴκλῳ ſit miſeriæ concitatio de eo, qui in calamitate eſt ; quod notum vul-

vulgo: ſed & ipſam ærumnam calamitatemque denotat, παλαιπωρία, ut Heſychius. Maximus Tyrius diſſertat. XXI. Muſa ab Heſiodo & poëtis ac philoſophis eſt ἡ τὸ μὴν ἐξάτιον αὐτῆς καὶ φερόμηνον καὶ ἐπαάδειν, τὸ δὲ παρφμηνόν & ἐκλελυμηνόν ἔμπαλιν ἐπαίρειν & παροξυνόειν, δφνὴ μὴν γὰρ ἐπελαφρυνῶαι οἶκτον, δφνὴ δὲ ἀμβλυνῶαι ὀργὴν, ubi Heinſius interpretatur *luctum*. Dicit ergo deinde rurſus ibi eos incidere in aliam miſeriam, in alium deplorandum & miſerabilem ſtatum, quem ſcilicet vulgo appellamus voce Κακοδαιμονίας. Manent videlicet in carcere & torqueri continue non ceſſant; unde fit, ut non modo hos carceris ac flagellorum dolores perferant, ſed, quod inde ſequitur, ſint penitus miſeri ac infelices.

Ἂν μὴ Μεταυοια] Addunt articulum omnes, μὴ ἡ Μετάν. Sed ut hic consentiunt, ita mirifice mox vetustissimus ἀυτῷ ἀπὸ τύχῃ (post hæc aliquid deletum est) ἔσε) σωναυλήσαζα. Unde etsi nihil exsculpam melius, quam est vulgatum, quod ad sententiam; ita quod ad phrasin, apparet nunc loquutum esse auctorem, ut in principio dixit ἐπυγχάνομὲν ωδεπαίδυντες, ut quidem vulgo accipiunt interpretes, quod alio etiam modo, ac forsan commodiore, accipi posse alias docebimus. Itaque libens accipio ἀπὸ τύχης ἔσεσαν συναυλήσαζα. Hujus vero periochæ sententia quum cogat æstuare commentatores, nulla causa est cur mirer; quoniam ut passim, ita nunc fere nihil considerarunt fundum, cui hæc tabella est superstructa. Erunt tibi

bi omnia clara certaque in commentariis noſtris.

τῲ ἄγαζαν αὐτὸν εἰς τῲ ἀληθινῲ παιδείαν] MSSti duo ἄξαζαν, ſatis recte, quum Laſcarinus vitioſe αὔξαζαν. Sed & dein vetuſtiſſ. καὶ καθαρθεὶς quod ſane admitti poteſt. Tum etiam ἐν τῷ̃ βίῳ, ſine παντί.

pag. 27. Καθαρὸ καὶ εὔπαρκ⟨ον⟩] MS. vetuſtiſſ. καθάρ⟨ι⟩ον, quæ vox ut bona eſt, ita longe huc convenientior, & quæſitior, quam ut ab ſciolo queat veniſſe.

Εἰκαῖοι τ̃ ἀνθρώπων] Servat id Laſcarinus: ſed duo alii τ̃ ἀνδρῶν. Et hoc habet ſuam Venerem.

pag. 31. Πίωσι τῲ τύτῳ καθαρζικῲ δυνάμιν] Mirum eſt, adeo obturatas eſſe aures, ut hoc retineant, quum monuerit Wolfius legendum eſſe τύτων, atque adeo ipſi omnes

omnes vertant intelligantque *purgatricem iſtarum rerum vim*, Odaxius *& purgatoriam eorum virtutem admiſerint*. niſi quod Caſelius ineſcatus appellatione patriæ *& Germanæ diſciplinæ poculum hauſerint*, *cujus germana vis expurgandi eſt*: *& ejecerint*, *quæcunque mala habent*. Velſius *ejuſque vim purgatoriam hauriant*, Barthius volens eſſe cautior redat, *bibantque vim purgatoriam*: præſertim quum ſequantur etiam *τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα*. Ex quo vides non defuiſſe illis modum conſtruendi, quem ſero proferendum & oſtendendum putavit Caſaubonus; ſed certam cognitionem veræ & antiquæ lectionis. Niſi quod & Caſauboni hæſitantis & ad ſecundam explendi intelligendique rationem delabentis mirifica loquutio

quutio & lapidea consiſderari meretur, qua vult nobis propinare δυνάμιν καθαρλικὴν τ̃ πειθόλε; quam quis in tam leni & clara ſcriptoris noſtri loquutione non repellat, nec abſurdam putet potionem ſepti purgatricem? Ne reſtitemus ultra, teſtor in omnibus tribus codicibus exſtare τ̃τον? immo in vetuſtiſſimo τὰς τ̃των καθαρλικὰς δυνάμεις, qui etiam admirabiliter ſolus hîc ſubnectit, εἶτα ὅταν καθαρθῶσι καὶ ἐκβάλωσι, quæ & ſunt ſideliſſima ipſius Cebetis verba, & neceſſaria exiſtimo ad conſummatam hujus periodi loquutionem, quæ demum finita eſt poſt vocem σωθήσονλαι, non poſt κακίαν, ut vulgo fit; unde vel id quoque ſequuntur in Latinis, vel in Latina coguntur addere τὸ *enim*: quod propterea etiam Græci quidam ante

ante Wolfium jam admiſere, uno codice teſtante, in quo legitur *πότε γὰρ ἂν ἅτως σωθησ.* quum illud *ἅτως* confirmetur etiam ab vetuſtiſſimo. Certe quæ nunc inſero, videntur penitus omiſſa per volitantem feſtinationem librarii terminatione horum verborum in *ῶζι* decepti, quæ videtur in eandem quandam verſus partem concurriſſe. Prorſus enim Cebes ſe exſerit ſatis ac vendicat loco, qui poſtea ſequitur, quemque idem vetuſtiſſimus ſic nobis offert, *εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, ἅτως εἰς ἀρχὴ τοῦ πρὸς τὰς Ἀρετάς*, ubi vulgo *ἅτως αὐτὰς εἰσάγῃ πρὸς*, quum ſane verbum illud non dependeat ab iſto *ὅπως*, quod antecedit.

H° *Φέρεζα δὴ τὴ ἀληθινὴ παιδείαν*;] His apponit vetuſtiſſimus *ἔφη*; quem quum tot indicia ὁλη-

 κλη-

χληρώπαλον probaverint, ne hoc quidem judicavi fieri oportere, ut ulterius inficiarer Cebeti. Sed & mox idem hoc ordine ὁρᾷς ἄνω ἔφη, ut & deinde ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ.

pag. 33. Ὥσπερ δυσανόδου ζυγοῦ ἐς τραχείας ἐς πετρώδεις εἶναι δοκούσης] Quanta nomina sunt, erudite lector, quæ in causa Græcarum literarum & præsertim hujus Cebetini opusculi sederunt? Wolfius, Casselius, Salmasius, Casaubonus, an fieri potuit, ut illi omnes hunc locum sine censura prætermiserint, & vel ipso suo silentio tanquam auctoritatis pleno me voluerint cogere, ut eodem ipsis modo nunc agerem? At ego non sic in Græcia versatus fui, ut, quum longiore intervallo præcedat ὁδὸν, quum proxime anteeant πάνυ ὀλίγοι πρόσοντες scilicet eandem istam viam,

viam, conſciſcere auſim vel poſſim, ſalva Helleniſmi gratia, iſtum ſecundum caſum, cui ſcio mirabiles virtutes ab eruditis præberi, ſubnecti poſſe; nedum tot interpretes ſine dubio hunc genitivum ad præcedens ὁδὸν referentes, peritia Græci ſermonis decora cenſendos eſſe. Nam ne de Wolfiana, quæ ad manum eſt, loquar; Barthius, *quæ & adſcenſu perdifficilis & confragoſa ſaxiſque obſita videatur*, quum θύρην reddidiſſet *oſtiolum*, ut ſic mutatione generis clare patefaciat, ſe de via loqui; quam obſcuritatem non evitat Wolfiana, quæ θύρην dixit *januam* eodem genere, quam rationem tenuit quoque Odaxius, *ante quam* januam *via eſt*, *quæ non multum admodum frequentatur*; *quippe quam pauci admodum terunt*,

quod acclivis & aspera & saxosa videatur. Nam bonus Velsius pleno modio se exerit in commentationibus prælargis. Immo debuerunt vel ideo hic adhærere, quod vocula πν@ non potest non & auribus & intellectui esse molesta: & cur illam prætereunt negligentissime interpretes? An forsan non omnis via, sed aliqua tantum pars quædam ejus molesta supponitur? aut cuidam tali alteri viæ hæc comparatur magis, quam hujus ipsius conditio describitur? Certe sic aliquid sonat Cebes. At totus interpretum grex Cebeti repugnat. Denique si volumus, ut tamen stet ista compositio, cur non dixit Cebes ὥσπερ δυσπνόδε ἡπν@ ἐ τραχύ@ ἐ πετρώδες εἶναι δοκοῦν@, in neutro genere, ut de quocunque tali negotio loqui vide-

deretur? Id certe requirebat ſyntaxis legitima. Sic fateor me hæſiſſe ſemper, remedii palam incertus vel tentare non auſus. Itaque admiremur oportet varietates in deſcribendo librariorum. Nam quum duo reliqui libri exhibeant, prout eſt in vulgatis (ut ſcias primorum, qui edidere per typos, culpam nullam eſſe, quum jam in ſcriptis nugari inceperint,) unus ille vetuſtiſſimus opportune & quam fieri poteſt præclare exhibet ὥσπερ δι' ἀνοδίας ἴυγξ. Quo nihil emendatius excogitari poteſt. Ait enim viam illam ab paucis calcari, ut quæ ſit ducta velut per quoddam invium, & quidem tale, quod aſperum & ſaxoſum eſſe videatur. Intelligis quo retulerit Cebes ſuum δοκέζης, & ἴυγὲς, & quam perverſe hactenus fuerit

lectum. De Caseliano adscensu etiamnum nihil innuit Cebes, quippe sequuturo. Ut scias Cebetem sibi similem, habes infra; πλανωνται ἀνοδίᾳ, quod plures alii scriptores etiam dixerunt.

Ἔνθεν κἀκεῖθεν] Lucianus in Tragicopodagra. Πλαγίᾳ μὲν κέλευθος, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλής· τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δ' ἐκεῖθεν ὀχήματα ἥπτηλο. Ut scias hæc bene etiam jungi, nec debuisse locum bene positum sola conjectura attentari. Et id ipsum solitos Græcos etiam aliter enunciare testatur Joannes ἐν Ἀποκαλύψει XXII, 2. Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς καὶ ἑκατέρου, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ubi notant in quibusdam legi καὶ ἐκεῖθεν. Et idem Lucianus in Reviviscentibus, ἀλλὰ κἀκεῖθεν δὲ μάλα πολλοὶ καὶ πανταχόθεν μύριοι. Nihilominus felicissime provenit patri suum

ἐν-

ἔνθεν κἄνθεν hactenus, ut vetuſtiſſimus liber exhibeat liquide ἔνθεν χὴ ἔνθεν, quod retuli. Lucianus in de Electro. ἀλλ' οἵγε κύκνοι πλωίσα ὑμῖν τὸ λιγυρὸν ἐκεῖνο ἄδουσιν ἐφεσσῶτες τῷ ποταμῷ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. In Pentateuchi Exodo reddiderunt Græci cap. 37. ὑπὶ νώτου δ' ὀπέρου ἔνθεν καὶ ἔνθεν κ' τὴ πύλῃ τ' αὐλῆς. Themiſtius orat. 11 de Conſtantio pag. 38. ὅτω δ' ὁ τ' ἀληθινῶν παθημάτων μυθοποιὸς ὠδισήσας ἔνθεν χὴ ἔνθεν τῷ βασιλεῖ ἢ ἀδικίας ἀνάγκλω ἢ ἀνανδρίας. Ariſtænetus 2 ep. 11, ὃ μὴ ἔνθεν, ὃ δὲ ἔνθεν ἐσηκότα.

Περὶ τ' βυνὸν] Scripti omnes ὠδὶ τ' βυνῦ, in quo ut eis non obſequerer, cauſam nullam habui. Sed & vetus tantum ἄνω ὠδὶ τ' βυνῦ. qui etiam mox πέτραν ἵνα μεγάλῃ καὶ ὑψηλῇ καὶ κύκλῳ ἀπόκρημνον. Certe omnia talia, unde vulgatæ lectio-

ctioni merito lis moveatur.

Ἐ σηκύας ἀπὸ τ πέτρας] Sane hæc locutio jam in prioribus occurrit. Nihilominus diſſentiunt hîc omnes libri veteres, quorum duo ἀπὸ τὼ πέτραν, ſed vetuſtiſſimus ἀπὸ τῇ πέτρᾳ, quod ſequor; qui etiam mox, χ᾽ ἀνεπλέσθησ τῷ σώματι, ὡς ἐκπεπάκασι πὰς χεῖρας, omiſſa copula ante voculam ὡς, quæ non videtur ab aliis immiſſa, quam qui putabant in conſtructione vitium reſidere, ſi præcedentibus accuſativis ſubnecteretur ὡς ἐκπεπάκασι, quum tamen enallage iſta ſit priſcis & elegantioribus uſitatiſſima. Præterea is ipſe ſtatim legit πὰς χεῖρας ἐκπεπάκασι σοφύμως ὅτως. Et ſicut hoc loco mutat ſedem vocis ὅτως, ſic inferius idem refert. Ἀλλὰ τίν᾽ ἕνεκεν ὅτως ἐκ τ βιβόλα᾽ ἔφηκεν. Ἀλλὰ τίνες καλοδνται, ἔφην, αὗται;] Sci-

Scilicet ita nunc placuit Cebeti hæc interſecare, ut pag. 71 πῶς, ἔφλω, τοῦτο, ἐγώ; Verum ego & in iſto ipſo loco futiles & curioſas deprehendi manus, & de his noſtris verbis aliud pro lenitate auctoris noſtri credo. Nam in citatione iſta video Pariſinam editionem Juvenis percommode exhibere πῶς, ἔφλω ἐγώ, τοῦτο, quem prorſus genuinum ordinem veneror, plane ut ibidem paulo ante dicit ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφλω ἐγώ, τὸ αὔτιον. In noſtro autem loco ignaros Græciſmi ſuſpicor audacia nimia uſos, & Cebetem ſcripſiſſe, Ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφλω; Αὗται, ἦ μὴν Ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη, ἡ Καρτερία. Agnoſce Cebetem ex ſe ipſo. Quippe & ſic Τίνες καλοῦνται ſupra dixit interrogationem ita finiens de Inconſideratis; & ſequens eodem modo uſurpavit

pag. 19. Αὖτη τοίνυν, ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖτη, ἡ δὲ Ἀσωλία &c. quum vulgatior ratio dixisset αὐτῶν τοίνυν vel τούτων, ut pag. 37. Τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ Παιδεία ἐστίν· ἡ δὲ Ἀλήθεια· ἡ δὲ Πειθώ.

pag. 35. Ἀπὸ δὲ ἑρμηνεῦ τοῦτο παθαίνουζιν] Vel potius τοῦτο καταθαίνουζιν: nec enim minor commoditas est lectionis hujus, quæ apparet in vetustissimo codice. Ipsa agendi ratio id fatetur. Idem habebat τοὺς αὐτούς.

Ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταξῆσαι] Vel καταξήσειν, ut est in vetustissimo.

pag. 37. Ἐν μέζῳ δὲ λειμωνῶν] Si non melius, certe pari bonitate vetustissimus ἐν μέζῳ τῷ λειμῶνι.

Εἶεν, ἔφην ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸ τόπον εἶναι] Artificiosos video voluisse

ſe eſſe interpretes, ut eluderent ſpecioſe pronunciationem Wolfii, monentis videri aliquid deeſſe. Operæ pretium eſt eos audire, ex quibus Odaxius. *Eſto, inquam ego, eam eſſe loci pulchritudinem.* Velſius, *ſit ſane, inquam ego, peramœnus hic locus.* Barthius, *Facile tibi dedero locum iſtum eſſe omnium amœniſſimum.* Atque per conceſſionis formulam obſecundantes propoſitioni, quam in deſcribendo ſenex præmiſit, negligenter profecto & audire ſe oſtendunt & prætereunt Cebetem. Sed Arabs, *Utique cum ita ſit, quam pulcerrimus eſt locus, quem deſcripſiſti;* & cum eo Wolfius *Amœnus dubio procul is locus eſt*, interpretando declarant attentionem juvenis, velut cum ſene progredientis ad colli-

colligendam ex præcedentibus loci pulchritudinem. Quod ſane multo nunc decentius nemo non fatebitur. Nec ab hac ratione diſcedit Caſelius, *Fieri aliter non poteſt, quin amœnus ille locus ſit.* Quid igitur? an tueri ſe pro integrâ jam poterit hæc loquutio, & ad iſtos ſenſus? Equidem ſimile quid occurrit infra pag. 77, οὐκ ἂν εἴη ὅτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, ὅτε κακόν. Ubi Wolfius contra pronunciat τὸ εἶναι redundare videri; quod ſane non feciſſet, ſi abfuiſſet illa neutrius ambiguitas quam adfert caſibus, & Cebes ſcripſiſſet οὐκ ἂν εἴη ὅτε ἀγαθὴν εἶναι τ' ζωὴ ὅτε κακὴ. Vidiſſet enim ab iſto quarto caſu illud εἶναι abeſſe non poſſe. Eſt enim certe iſta conſtructio ab Cebete adhibita eo animo, ut iſta neutra haberet quarti

quarti caſus, non primi. Sed neque peculiaris loquendi modus eſt, quod alterum erat Wolfio in mentem veniens, niſi quod prius εἴη ibi ſumitur, ut apud Latinos item verbum ſubſtantivum *eſſe*, pro, verum eſſe, q. d. verum non ſit nec bonum nec malum eſſe, quomodo ſæpius ab ipſo Cicerone uſurpatum docuerunt jam viri in ſtudiis celebres. Ut revertamur igitur ad noſtrum locum, omnino illic eſt concluſio auditoris convicti ad arripiendam pro vera ſententiam dicentis quæ præmiſſa eſt. q. d. ſit vel verum ſit & fatear eſſe, inquam ego (poſt hæc ſupplendum ex ipſis tribus libris, quod ſtupeas nullum doctum hominem inſpicere vel conſulere voluiſſe) ὡς καλὸν λέγεις τ' τόπον εἶναι, *prout inquis pulchrum locum eſſe,*

vel

vel *quam pulchrum dicis locum esse*, ut p. 39 ὡς καλὰ τὰ δῶρα. p. 47 ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. Itaque supplevi.

Μέζῃ καὶ κεκερμυθύῃ ἤδη τῇ ἡλικίᾳ] In quibus quam se exercuerint viri docti, patet ex notis, ut Wolfius denique aliquid vitii fuerit suspicatus & ad id formaverit versionem, quam Antverpiensis & Amstelodamensis sequuntur; ut præter hos illi suspicioni accesserit Snecanus; ut Odaxius longe a Græcis aut etiam vitii quid concipiens *mediam indiscretam jam ætatem* reddiderit: ut Caselius illam κεκερμυθύῃ ἤδη non concoquens neglecta copula, & Græcas voces mirifice transvehens reddiderit *quam media jam ætate esse censens*: ut Barthius *ætate media quæ tamen a juventute jam discerni posset*, for-

forſan inductus commentario Velſii, qui Wolfio contrarius ſcribit, Media vero confirmata ac pro-„ bata jam ætate (quam Græci *μέ-*„ *σλω* & *χεκ.* nominant, *μέσλω* qui-„ dem, quod æqualiter ab utro-„ que extremorum abſit, *χεκεκ-*„ *μένλω* vero *ὡς ἐγνωσμβύλω*, id eſt „ exploratæ jam probitatis, cui ea„ opponitur ætas, quam libro„ Actionum in Verrem ſeptimo„ Cicero lubricam & incertam „ vocat, eoque nos hanc confir-„ matam ac probatam minime „ vertere dubitavimus, quod hac„ demum ad mentem ac ſobrie-„ tatem quandam homines vere„ redire uſu veniat, potiſſimum-„ que commodam nactos inſtitu-„ tionem, cujus rei cauſam nobis„ in Timæo explicat Plato. His„ addi & debent & poſſunt illa

Henr.

Henr. Stephani in v. Κεῖνω. Μέ-
„ση καὶ κεκερμυθυῖη ἡλικία in vulg. lex.
„ex Cebete Thebano, ætas judi-
„cio firmata & integra; quum in
v. ἡλικία diſputet de ἡλικίᾳ μέσῃ
καὶ καθεστηκυίᾳ. Denique ille felix
ſtudii, felix ingenii, felix quo-
que fortis Clariſſimus Huetius de
hoc loco ſic cenſet. In voce ἡλικία
„exponenda ſæpe peccari depre-
„hendas. Cebes in Tabula τὴν παι-
„δείαν deſcribens eam eſſe fingit
„μέζῃ καὶ κεκερμυθυῖη ἤδη ἡλικίᾳ. Per-
„peram interpres reddidit *ætate*,
„quodque ſtolidius eſt κεκερμυθυῖη
„etiam corrumpere tentavit in
„κεκλιμυθυῖη, ut ſignificaretur ætas
„ad ſenium vergens; cum note-
„tur ſtatura media, ſtata, & cer-
„tum ſtatum adepta. Heſychius
„κεκερμυθυῖη τεταγμυθυῖη. Pollux ἄνεμον
„κεκριμυθυῖον appellat ventum con-
ſtantem

ſtantem & certum. A κείνω fa-„
ctum *cerno*, ut ab illo κεκεμμένος, „
ſic ab hoc *certus*. Eadem utriuſ-„
que vocis origo, idem intelle-„
ctus. Boethius in deſcriptione„
philoſophiæ, ejus ſtaturam eſſe„
ait diſcretionis ambiguæ, ὃ Δια-„
κεκεμμένη ἡλικία. Hinc quum &
in primæ & in ſecundæ vocis in-
telligentia pateat duas eſſe ſen-
tentias, ſine fuco dicimus citatio-
nem Heſychii eſſe Salmaſianam;
ut & quod ſtatam interpretetur;
tum quod ἡλικίαν de ſtatura, de-
beri Arabico interpreti, quem
reddidit Elichmannus *moderata*
ſtatura. Jam vero quum Latinis
tam *media ſtatura*, quam *media*
ætas ſit nota, ut ex Plauto, Cice-
ronis Catilinaria, Phædro, Co-
lumella, Appuleio docuerunt e-
ruditi; tum vix videtur in idem

convenire poſſe ſtaturam mediam, ſtatam, & certum ſtatum adeptam. Nam *media ſtatura* vix alios dictos invenio, quam milites, quos nec nimis longos, nec admodum parvos & humiles innuunt. At ſtatam & certum ſtatum adeptam intelligere nonpoſſumus, niſi vel reſpectu ætatis, quæ illi, ſive longiſſima ſive breviſſima ſit, aufert creſcendi ulterius poteſtatem; vel reſpectu legum, quæ in certis hominibus certam ſtaturæ menſuram poſtulant. Porro ſtatura media qualiscunque ea eſt, nihil facit ad eruditionem, neque ullus ob ſtaturam videri poteſt aut viſus fuit ineptus ad eam, quum quales quales & cuicuimodi fuiſſe eruditos audiamus. Porro ab mulieris conſideratione non poteſt abigi contemplatio ætatis; unde to-

toties illa media ætas in muliere citatur. Quid quod & Lucianus in Amoribus pag. 1043? Γυνὴ ἂν ἀπὸ παρθένου μέχρις ἡλικίας μέσης πρὶν ἢ τελέως πρὸς ἑκάστῳ ῥυῖδα ἔ γήρως ἅπτεσθαι, ἀάγκαλον ἀνδράζιν ὁμίλημα. Etiam licet paſſim dicatur ſenectutis propria eſſe Sapientia & Eruditio; tum negari nequit, quin illa ipſa ætas media ſit, qua perveniri ad hanc oporteat; in qua exſerere ſe acrius ac vehementius poſſit, ſi vel Scipionem cum Fabio comparemus aut Annibale, Julium Cæſarem cum Pompejo, imo Ciceronem cum quibuſcunque. Κεκερασμένῳ interpretari licet, quæ ſi cum judicio & non impetu juvenili adſpiciatur & conſideretur, placere debeat, & quam integram appellat Suetonius. Sic enim & in Plutarchi loco

Budæum interpretatum esse refert Henr. Stephanus, & est satis multiplex usus apud Græcos ad hanc significationem in melius probandam, vel dum Herodianus in Pertinace scribit ὁ φιλοζώφρονα, ὁλὲ σύμμετρον καὶ κεκραμένῳ διοίκησιν, vel dum Polybius lib. v Αρδυων vocat κεκραμένον ἄνδρα πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, & aliquoties dicit κεκραθέζης τ γνώμης.

Σπολιὼ δ' ἔχουζα ἀπαλιῶ Ϛ ὀδένα καλλωπισμὸν] Sic qui primus ediderit, plane nescio si ab Wolfio discessero. Nam quum Martinus Juvenis, Tornæsius & Plantinus simpliciter sequentes exemplaria ut opinor antiqua, edidissent σπολιὼ δ' ἔχουζα ἀπαλιῶ Ϛ καλλωπισμὸν, Snecanus auxit secutus, ut reor, Wolfium καὶ ὀδένα καλλωπισμὸν, cui succedens Salmasius edidit καὶ ἀπαλ-

ἀναλλώπτον, nihil nisi in præfatione observans, quomodo Arabs interpres reddiderit σολλὼ ἀπολλῶ & ἀναλλώπτον, non addito, utrum ex se formaverit hanc scripturam, an alibi inventam prompserit; donec & pater meus symbolam contulit. Quæ licet omnes videantur compositæ ad sententiam verborum, quæ pag. 43 occurrunt, σολλὼ ἀτρύφερον καὶ ἀπολλῶν ἔχουσιν; ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι ὁ δάμως κεκαλλωπισμένοι; tamen quum tres MSSti consentiant in primam lectionem, tantum exhibentes σολλὴν δ' ἔχουσα ἀπολλῶ τε καὶ καλλωπισμὸν, eam unice veram censeo, nec concursationes aut mutationes aliorum tantas esse, ut ideo verum vetusque deseramus.

Θυγατέρες τινες δοκοῦσιν εἶναι] Sunt arenæ sine calce, quidquid transeant

eant fugitive interpretes præter Wolfium. Sed egregie huic vitio occurrunt vetuſtiſſimus cum altero præferentes καὶ μὴ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ θυγατέρες τινες δοκοῦσιν εἶναι, quod libens merito admiſi.

pag. 39. Ὡς ἂν εἴπις φιλοψύχως κάμνων] Immo ὡς ἂν ᾖ τῷ φιλοψ. κάμνων, ut eſt in vetuſtiſſimo, ut non arripiat aliquem de medio, ſed monſtret τὴν δεῖνα, unum ex illis qui ad virtutes deducuntur. Mox omnes habent πρὸς ἰατρὸν ἂν δή που φιλόψυχον, ubi articulum τὴν quoque ignorat editio Pariſina Martini Juvenis; & poſtea vetuſtiſſimus omiſſo πάντα etiam habet εἶπε ὁ ἰατρὸς αὐτὴν εἰς ἀναλ. καὶ ὑγίειαν καλέσηζεν, quod verbum ſic etiam concipitur in altero; imo etiam extat in Pariſina, quam modo citavi, ut mirer Wolfium fu-

ctius

ctius vanos & supervacuos hic moventem.

pag. 41. Απωθεὶς ἐξώλε[ο] Quid volunt sibi tam docta nomina, quum in nulla editione sic scribi passi sunt, præter Salmasianam & Casaubonianam? Sed vel ἀποθεὶς, vel ἀποθεὶς, vel ἀπωθεῖς. Recepimus verum, quod etiam codices prisci retinuerunt, quorum vetustissimus quoque mox Ταῦτα μὲν σωΐημι.

pag. 43. Ὥσπερ αἱ ἄλλαι] MS vetustissimus καθάπερ.

Ανδρεία καὶ Δικαιοσύνη] Sic habent sane omnes editi: attamen aperte nugatoria est illa copulativa hic inter primas duas solas posita, non etiam inter sequentes. Sed nec in vetustissimo ac altero MSto exstat; ideo ausus fui jubere eam ire in locum suum, hoc est, nusquam, vel ad ineptos illos, qui-

bus in Pomponio Mela placuit similiter ludere.

Ω᾽ καλλιςου] Potest sane intelligi, ac propterea opinor sine ulla disceptatione sic ubique editum est. Sed quod mireris, codices scripti omnes habent ὦ καλλιστε. Equidem persæpe contigit confusio diphthongi αυ, & vocalis ε, eademque hic iterum contigisse supponi potest. Sed, mi lector, ut dem tibi cogitandi ansam, si voluit exclamatione ista elegantiam virtutum demonstrare, vide an non dicturus fuerit ὡς καλλιςου. Sic enim meministi solere eum ad picturæ contemplationem & expositionem identidem ἐπιζημαίνειν, aut ὦ καλλίςων, ut videbis infra fieri ὦ καλῶν ἔργων, ἔφλω ἐγω, Ε καλλίςης νίκης. Sed ipsum Cebetem ut sui interpretem admiraturus legisti

gisti ὦ δαιμόνιε, Et hæc ratio mihi quidem sufficiens est, ut exoſculer hanc ex scriptis emendationem.

πᾶν ἀπάγει] Dubitari nequit de hujus loquutionis integritate. Sed decor & opportunitas in discrimen veniunt. Ἀπάγειν dixit supra δόξας, ἐπιθυμίας & ἡδονὰς, etsi quædam εἰς τὸ ζῴζεσθαι, profecto tamen plures εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην. Itaque illic decenter & opportune sic loquutus est ad imitationem lictoris, si non ad supplicium, certe ad carcerem abducentis, in qua ratione id verbum solenne est. Tale nihil hic agitur. Aut etiam id compositum usurpat respectu aliquorum, quos οἱ ἀπαγόμενοι relinquunt, ut pag. 57 δόξαι, καὶ ἀγαγεῖν πρὸς τὴν παιδείαν τοῦτ' εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς ἀναπαύσειν, ὅπως ἑτέρως ἀγάγωσι, καὶ ἀναγ-

ἀναγγείλωσιν, ὅτι δαίμονες ἤδη γεγόνασιν, ὃς ἦτε ἀπήγαγον. Sed neque tales in hoc loco conſiderantur, & longe mollius amœniuſque eſt, quod in ſcripto vetuſtiſſimo exſtat πᾶ ἄγωσι, idque veriſſime Cebetis exiſtimo, vel ex loco proxime adducto. Quin & ipſe mox. Ἄγειν αὐτὸν ἐπολαβοῦσαι αἱ Ἀρεταὶ πρὸς τὸ τόπον ἐκεῖνον.

pag. 45. Σπεφάνῳ δ' αὖθεῖ πάνυ καλῶς] Quid? nonne hæc adverbia nimium fero his agglutinantur? Quanto certe ſuavius in exemplari vetuſtiſſimo δ' αὖθεῖ, πάνυ καλῷ? Mox idem habet ἐμφαίνῃ ἅτως, omiſſo verbo ἔχειν: quum alter codex habeat ἐμφαίνῃ εἶναι ἅτως. Sed & dein peregregie idem, de quo prius dixi, τῇ ἐαυτῆς δυνάμει ἥτε Εὐδαιμονία ἐς αἱ ἄλλαι Ἀρεταὶ πᾶζαι, cujus reliquias ſervans Pariſina toties

toties laudata exhibebat δυνάμει ἡ Εὐδαιμονία.

pag. 47. Πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ ἀκηκόσ-ου] Libri veteres omnes ἐπιποθῶ. Id quum ita ſit, ſatis magnum inde mihi patrocinium, qui recens iſtud & tamdiu novatoribus placitum ejecerim. Sed & Cebeti ſupponimus certiſſime ſuam fuiſſe cauſam, cur adoleſcentem hoc potius verbo utentem inducat, quam altero, licet in principio ſcripti etiam & ſe ἐπιθυμεῖν & ſibi ἐπιθυμίαν incenſam fateantur; quam vide an non hæc eſſe queat, quod poſtquam in principio bis eo vocabulo uſi ſunt, demum intellexerunt, quod genus eſſet Ἐπιθυμία, & quam multiplex ejus eſſet celebratio in primo ſepto. Itaque clarius edoctis non ultra manſit tam gratum, ac olim

olim. Tum etiam vetuſtiſſimus priora exhibet hoc ordine πῖα παῦπα λέγϕς ϑηρία. Et poſtmodo habebat, ἢ ἃ δοκεῖ σοι παῦπα ϑηρία, negleCto quod vulgatis adhæret verbo εἶναι, tum quoque ὥπερ ϖοῦπρον, non πὸ πρόπρον. Et hic cum detrimento Cebetis ac publico nos deficiebat præſtantiſſima iſta membrana. Unde nec poſſumus eandem præſtare in reliquis felicitatem etſi ſuperſint digni vindice nodi, de quibus plus cogitare quam definire valeo.

Pag. 49. Οὖϑεν ἦλθε ϖοῦπρον] Duo MSS. πρῶτον.

Pag. 51. Κωρύκιον ἄντρον] Si ullibi, hîc certe ludicra potius & ridicula, quam vera aut probabilia aut commoda adferuntur. Quid enim, quæſo, in illa ipſa deſcriptione, quam ſuis verbis explanat Caſelius, aut etiam in Stra-

Strabonis verbis, quæ citat & norunt omnes, apparet esse, quo exprimatur locus tutus, ut in principio notæ appellavit? cui nos addimus supponi debere non ita tutum, ut arces & illa vulgati generis munimenta sive naturalia sive hominum opere facta dici solent tuta; sed ita, ut prorsus ab omni fraudis ac nocendi timore liberent insidentem ac fidelissime custodiant. Nihil est in Strabone & Caselii verbis, ex quo tale quid colligitur. Nihil immò, nisi amœnitatem declarans fertilitatemque. Rursus ex qua Geographorum descriptione liquet, quam tuti esse potuissent ac securi, qui specum illum incolere voluissent, quod prodidit Salmasius? Utique de hac ejus dote nihil tangit Mela; & quum is ita describat, ut statuat ali-

aliquos descendisse, simul eo ipso affirmat aliquos descendere illuc posse, immo etiam neminem excludi, si primam consternationem, ac dein terrorem cymbalorum soni semel contempserit. Et tamen magno isti viro secundas facit Snecanus, qui præter istud in eo labitur, quod scribat Cebetem significare locum hunc amœnum esse instar antri Corycii; quum prorsus nulla amœnitatis consideratio sit in Cebete; imo nec faciat ad Cebetis sententiam. Etiam quod Velsius statuit videri vetus proverbium fuisse *Corycium antrum incolit*, quo significare volebant aliquem a piratis prædonibusque tutum esse, plane non probat in considerando loco Suidæ perquam infeliciter versatus. Hinc sane nihil est, quod

eis

eis omnibus hæc egregia Cebetis conſideratio debeat. Nam quæ Antonius Gillis ad oram interpretationis ſuæ poſuit, *Een ſpeloncke in Cilicia an de zee gelegen bij de Stadt Corycum geheeten, in de welcke men vanniemanden en coſte geſien nogh gehoort worden, en noghtans ſoo ſaghmen en hoorde lichtelijcken die daar voor bij voeren*, & aliena ſunt ab Cebete & neſcio qualia. Itaque ſupereſt in hoc bonus & juſtus labor, & tanto magis neceſſarius, quod etiam Cl. Bochartus hujus loci Arabicam interpretationem recenſens partis poſterioris de Animalibus SS. libro v cap. 9 ſic referat. In paraphraſi tabulæ Cebetis, ubi „ Græca Arabice ſic redduntur, „ *munitus eſt ab omni parte, ad* „ *inſtar chalazon* (ſeu cochleæ) „ *quam*

quam circumdat concha , quæ protegit eam, Arabi ſcilicet interpreti ignotum erat Corycium antrum. Putavit igitur aliud ſignificari, nempe τὸν κωρύκιος vel τὰ κωρύκια, quæ in conchis ſuis tanquam in antro lateant. An credimus? Quid ſi negem potuiſſe ulli homini, nedum Arabi interpreti, in mentem venire, ut concham velut antrum conſideraret? multo minus, quod temere ſupponitur, ei ignotum fuiſſe antrum Corycium? Sed potius, quia antri Corycii deſcriptiones, quas habebat, deprehendebat tales eſſe, ut nihil in eo ab ſecuritate & tutela tali poſſet præſtari; hinc ab eo diſcedentem, quod proximum ſupererat, arripuiſſe. Sed ne illud quidem iſto conſilio, ut crediderit per omnia re-

respondere similitudini Cebetis; quippe diserte addit in illo tantum & uno statu, quum circumdatur concha, protectum & munitum ab omni parte esse. Non secus ac si alluderet vel ad T. Quintii admonitionem ex comparatione testudinis sumptam apud Livium 36, 32, *sicut testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus esse; ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium atque infirmum habere*; vel ad ista auctoris ad Herennium 4, 49, *Iste, qui tanquam cochlea abscondens sese retentat tacitus, quo sit tutus, comeditur cum domo sua & aufertur*. At hic Cebetina beatitudine coronatus παντάχῃ & ὅπῃ ἂν βούληται, est ἀσφαλής. Quid quod cochleæ etiam periculum immi-

 net

net ab ruptura conchæ? Adeo ut ea ſimilitudo plane non impleat ſententiam Cebetis, ad quam tamen penitus, & non ex parte aut claudicatione aliqua inſita complendam opinor ab ingenioſiſſimo & βαθυπάτῳ Cebete adhibitum iſtud fuiſſe. Utinam magnus ille Vir ea occaſione aperuiſſet, quid ipſe de Corycio antro huc adſcito ſtatueret! Forſan igitur alii, forſan nos in commentariis noſtris de perfectiſſima hac ſimilitudine rem tangemus.

pag. 53. Καθάπερ οἱ ἐχιόδηκτοι] Etſi in ſummam nihil videam me profligaturum, tamen non eſt, quod mireris me hic non tacere, quum omnes locus ille adverterit, ut partim explicando, alii corrigendo & mutando adjuvare tentaverint, Caſelio & Caſaubono in-

inter utrumque hęrentibus. Quum autem jam huc ab anno 1659 allati fuerint ὀφιογλωεῖς, ἐχιοθῆροι vel ἐχιοθῆραι, ἐχιοδεῖκται, ἐχιοδιώκτης, ante omnia derideri meretur frons Iſaaci Voſſii in Obſervationibus ad Catullum anno 1684 ita garrientis. *Cebeti in tabula iſtiusmodi homines vocantur* ἐχιοδιώκται. *Sic enim legendum, non* ἐχιόδηκτοι, *ut vulgo.* Præterquam enim, quod abſurde nihil dicat, quod ſit ſuum; tum perverſe negligit admonitionem Caſauboni, etiamſi ſtrenuę ſatis eam urgentis & vere, hic agi de illo, qui ante ὑπὸ τ″ ἔχιος morſus ac læſus, poſthac eo ipſo contra eum ſit munitus. Niſi enim id ſit, non impletur penitus ratio comparationis; quod tamen ut plene & ſine ullo defectu fieret, ſtudioſe undique eligens ad hoc

exemplum deveniſſe Cebes videtur, qui ſi tantum vellet aliquem re quadam tutum ab his viperis indicare, ex multis modis, ſeu vere ſeu falſo apud antiquos jactatis, potuiſſet alium prætuliſſe pluribus teſtimoniis exemplisque nobilitatum. Sed videlicet ut omnem hujus libelli contextum hac ſimilitudine illuſtraret, eo ipſo, quod antea læſum ſuppoſuit, nunc validiorem ſupponit; non alio antidoto, ut leniter exponendo vitare hunc tumultum ſperabat Velſius, ab Petro Petito propterea rejectus libro II Miſcellan. Obſerv. cap. 14, qui poſtremus acceſſione ſua numerum interpretantium augens odorari ſe aliquid de tali opinione veterum oſtendit. Sed ea tamen potius ratiocinando conſtant,

ſtant, quam certa ἐχιοδήκης Cebetini illuſtratione. Nam quantumcunque ſit illud, quod ex Plinii priore loco deducit remanere in eo qui ab peſte ſerpentini morſus fuit reſtitutus; utique quum in altero loco Plinius diſtincte de relatione ſcorpionis ad crabrones, veſpas apeſve referat (quam ſententiam ſic Plinius apud unum pluresve lectam judicavit memorabilem) id non eſt traducendum ſola aut ſimilitudine aut ratiocinatione ad Cebetinum ἔχιν. Sed etiam videndum, an non tota diſputatio & ſententia Petiti ſit vacua & aliena ab Cebetis ſententia. Nam interpretans hoc modo, *quippe beſtiæ illæ alios ad mortem uſque cruciantes, his innoxiæ exiſtunt, quia habent remedium, quod ei peſti opponant,*

ἀφεάζῃ, *eum quem ſemel vipera icerit, neque a vipera in poſterum ulla, neque aliis venenatis appeti.* Tunc quum objeciſſet *non ſolum enim non ad mortem lædi, ſed omnino non lædi a ſimilibus beſtiis, qui ſemel à vipera icti ſunt,* clare affirmat inde argumentans *ſi non lædunt, ergo neque appetunt morſibus; quos enim ſerpens mordeat, ab eo lædi haud dubium eſt.* Nam hæc videntur ſupponere, quaſi tum Ἀ'κρασία & reliqua iſta vitia mutarent naturam ſuam; tum in comparatione idem affirmaretur de ſerpentibus: quum tamen illæ non deſinant manere, quales ſemper fuerunt, & quemcunque inflammare, etiam hunc ſapientem ac beatum, ſed vim ſuam in eo obtinere nequeunt. Nunc æque vellent illum invade-

re,

re, ſed negligens illas, repellit & ſapientia emendatus ſuperat, atque adeo morſus earum non λυπᾶσι. Itaque dum dicit Cebes ἐκείνους δ' λυπεῖ, non de appetendo videntur intelligi poſſe, nec ratiocinari oportet, quia non lædunt, ideo nec appetere; ſed quum vellent lædere, quum morſus ſolitos exſerant, & quanta vi poſſunt immittant, & certe appetant, tantundem proficere ac ſi in ferro aut ſaxo aut aëre eos exerceant. Utique quum dicit Cebes τῶν πρόπερον αὐτοὺς λυπούντων, ea verba non modo explicari poſſunt de appetendo, ut illic ſignificatio eorum ſiſtat; ſed vel maxime de effectu & efficacia appetitionis, ut vexarent ac torquerent animum eorum, & internum ſtimulum infigere, ut ob rem inanem fatigarentur. Imo

sic explicari debent. Id enim supponit λυπεῖν. Similiter in sequentibus dicit ἐκείνους δ' λυπεῖ, quod opponit τῷ κακοποιεῖν μέχρι θανάτου. In quo utroque ubi residet illa notatio, quasi ipsæ feræ abstineant & parcant velut cicuratæ? quum sint utique talia, quæ sequuntur demum morsum, quem ante contigisse oportet, quam de illis cogitari potest. In his igitur considerandis quum multa laborarem velut ab vipera contactus, & optans aliquoties aut Parium, aut Marsos, Psyllosve mihi propiores esse; vel felicitas sæculi, vel immensa ipsius humanitas, obtulit Virum Clarissimum Carolum Drelincurtium, non illum ex vano ἐπῳοιδῶν genere, sed solertia mentis & perenni labore in his naturæ mysteriis operatissimum

simum & unicum viperini secreti cognitorem. Hic vir, hic est, qui partem istam mihi sic patefecit, ut abhorruerim ab contactu hujus loci, cujus status contrarius est omni veritati ac rationi; nec, ut nunc est, divinare possum, quid Cebetem huc abstulerit.

pag. 53. Οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι καὶ τὰς κνήμας &c.] Incredibile dictu est tantam esse facilitatem omnium, ut hæc possint silentio præterire; quum tamen facile pateat ex interpretationibus eos miris modis hæc mollire conatos; Arabe reddente *aliqui vero non sunt coronati & quasi mœrore affecti ac perculsi*, Odaxio *alii incoronati desperatione rerum tibias & capita lacerare videntur*, Velsio *alii vero carentes corona, qui reprobati quidem*, Caselio *partim*

ſine corona, deſperati, Barthio *pars autem alia coronis carentes, iidemque animum velut deſpondentes.* In quibus nulla eſt, quæ proprie Græcis reſpondere dici poteſt. Sed neque ulla Græca ratio patitur, ut voculæ οἱ μὴν ſic immittantur, & tamen eædem rurſus ſequantur, quum perpetuæ ſint relationes vocularum οἱ μὴν, οἱ δ̓. Imo plane tolerari non poſſe patet ex ſequentibus, ubi non coronatos omnes non dicit deſperatos, ſed eos dividit in deſperatos & in delenitos ignavia, ut hîc nihil etiamnum poſſit, nihil debeat dici de deſperatis. Scias igitur, docte lector, voces iſtas οἱ μὴν ἀπεγνωσμένοι nullas hoc loco legi in editione Pariſina, ſicut plane etiam hinc expelli debent: quod etiam feciſſem, ſi quid auctoritatis mihi tribuiſſent manuſcripti, de qui-

quibus nihil intelligo.

pag. 57. οὐχὶ αὐτὸν αἰτιῶνται] Sic Lutetiæ ſolum exemplar Laſcaris: at vetuſtius ὐχ ἑαυτὸν, quod etiam Wolfio gnarum fuit.

pag. 61. Τί ἂν παθόντι] MSS. παθόντοι, quod & elegi, utpote etiam pag. 77 ᾧ ἂν ὑπαρχοι.

pag. 63. Ἀπελθεῖν ἔχοντας πρὸς τὴν βεβαίαν] Recte intellexerunt viri docti & interpretati ſunt hanc lectionem; cui tamen neſcio an non lis moveri queat ab alterius codicis Gallici ſcriptura, ἀγαθὸν δίδωσι, λαβεῖν κελεύει παρ' αὐτῆς, καὶ σωτήριως ἀπελθεῖν βλέποντας πρὸς τὴν βεβαίαν &c. Nam & illud βλέπειν in abſconditis illis tam apud hujus philoſophiæ auctores quam in ſacris literis tantumnon proprium & unicum eſt, æque ac Latinis etiam *ſpectare* & *videre*, quod

quod multis doceri poſſet, niſi occupaſſent alii. Itaque non poteſt non magna eſſe gratia ejus lectionis, niſi quod nimia mutatio & fere licentia compellat me vulgatis adhærere.

pag. 65. Κελαδύῃ ἔν αὐπνοῖς χε. τ. ἐνδιατρίψαι] Non poteſt haberi ratio conjecturæ Wolfianæ, quantumlibet propter ſententiam & conſtructionem favorabilis, qua tentat αὐπνῆς, quum vulgatam tueantur duo ſcripti, & ratio Cebetis ita loquentis clara ſit, nempe quia ſuppoſuit apud eam verſari tot artium profeſſores, quos variis ſupra appellationibus diſtinxit; ideo de induſtria variaſſe genus videtur, ut lector ex ipſa varietate deprehenderet, quo mentem ſuam haberet intentam. Ipſe aliquando cogitabam αὐπόθι, ſed plane rejicio.

Ei

Εἰ ἢ δεῖ ἢ ϖολιωνύϑεσϑ] Ita interpretantur, ac si legissent εἰ ἢ δοκεῖ. Sed non necesse est ita considerare, quum tacite videatur supponere senex debere illos pro captu suo advertere, utrum omnia exegerint, an vero adhuc aliquid ad universæ ejus tabulæ intelligentiam illis desit atque oporteat etiam ultra scisscitari.

pag. 69. Καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς] MSS. ἡμᾶς Ϲ αὐτοὺς, & mox ἕτω καὶ ἄνϑ, quod satis molle & MSStos in eo confirmat Parisina Martini. In istis autem nihil puto deesse eorum, quæ proponit Caselius. Nam manifeste satis patet repeti debere ex præcedentibus βελτίως; quod profecto notabile est sic integrum exstare in editione Parisina; sed tamen de MSStis nihil certum intelligens, cunctatis fui an admitterem.

pag.

pag. 73. οὕτω ποιεῖτε] Vel ex Latina interpretatione apparet non nimis belle ista se habere. Cur enim ita evagantur *nisi ita feceritis* &c? Omnia alia dixisse prima fronte videtur senex, si quidem fidos & bonos codices audimus, quod faciendum utique est, in quibus auctius ita legitur ἐὰν οὕτω ποιῆτε καὶ ἐνδιαβεβήτε. Nempe ne vos quidem servari poteritis, si eodem ipsis modo feceritis, & illis quæ isti in secundo septo versantes dicunt, immorari voluerit is. Sed sic sequentia plane non cohærent. Unde potius novam admonitionem inchoari ab sene dixerimus: nempe Et vos igitur, juvenes, poteritis quoque beati esse, videlicet si sic feceritis, non attingentes secundum septum, sed recta progressi ad tertium,

tium, & multum immoremini dictis, donec &c. Parisina ulterius progreditur habetque ἐὰν μὴ ἅτω ποιῆτε καὶ ἐνδιαλείβητε, Et utrumque potest se tueri adhibita commoda explicatione.

pag. 75. Πότερον δ' ἂν καὶν κακῶς ζῇς ζῇν, ἀγαθὸν ἐκείνῳ] Addunt libri veteres τὸ ζῆν, quod vides perspicue & integre apponi etiam ab interprete, non secus ac si in exemplari suo ita ipse legisset, atque ideo non dubitavi subjungere, lætus in id quoque conspirare Parisinam.

pag. 77. Τὸ πίνειν ζῆν ὐ κακόν ἐστιν] Si animadvertas, conclusio hæc non comprehendit singula, nec respondet ad singula, quæ tamen tanquam dubia præmittuntur. Respondet tantum ϖϵ῎ τ' ζῆν: atqui præcesserat vel fervidior lucta ϖϵ῎ τ' κα-

τ̃ κακῶς ζῆν: de hoc igitur ſatisfacere ſenex quoque debebat. Itaque opinatus ſemper fui repetitione earundem vocum ac ſimilitudine literarum aliquid expulſum eſſe. Id egregie confirmat codex unus, qui pro his ita ratiocinatur; Τὸ κακῶς πόνων ζῆν κακόν ἐστι. Τὸ δὲ ζῆν δ' κακόν ἐστιν. Ita leniſſime procedit ſermocinatio, & ideo ſequutus ſum. In ſequentibus mox ſine vocabulo καλῶς habent iidem τοῖς ζῶσι κακόν.

pag. 81. Καὶ τὸ σύνολον δὲ] Etſi ſubſiſtat hæc ſcriptura, tamen quum uterque codex apponat ἐστὶ, non putavi id ultra ſupprimi oportere, & adjeci.

pag. 83. Τιμῶσι τε αὐτὰ] Uterque τιμῶν), quam auctoritatem pro vili habere non ſuſtinui. Mox elegantiſſime reſtituunt loquutionem

tionem vere Cebetinam Διὰ τούτων μόνων εἶναι τὸ Εὐδαιμονεῖν. Quod quum ita integrum ſit etiam prorſus in Pariſina Martini Juvenis; non niſi pro certa nota negligentiæ in Wolfiana editione, qua omnes poſtea deinceps uſi ſunt, adhibitæ haberi debere exiſtimans, tempeſtive ſuppleviſſe me confido.

Ἀγνοῶ γὰρ &c.] Hinc incipit optatum diu ſupplementum, quod ſapientiſſimo huic colloquio finem imponit, quodque ut omnium uſui exponeretur, me impulit, ut hanc nitidiſſimam bona fide, nec ſi comparetur reliquis omnibus, etiam longo intervallo non quascunque ſupergreſſam, editionem properarem. Et ſane quo minus hæc aut pro Cebetinis habeam, aut pro vero fine, nihil moveor

diſputatione Cl. Salmaſii ſatis ancipiti, & neſcio cur Arabicum interpretem ita ſuſpectum faciente. Quippe ut hic in compluribus diſcederet ab Græco, putamus ei cauſas fuiſſe affatim juſtas, de quibus alibi. Sed ut me & id quod ſentio, tuear; Vir ille magnus ſe ipſe jam deſtruxit, dum ſcripſit *præſertim cum nullus hodie liber inveniatur tam antiquus qui illa agnoſcat.* Quis ea exſpectet ab eo, qui toties Regiam bibliothecam ingreſſus fuit? Quod mox teſtatur aliquos ſe vidiſſe perquam antiquos, nihil nos vexat; quum illi omnes potuerint, ut is, quem vetuſtiſſimum vocavi, ruptis totidem paginis aut defectis, detruncati fine fuiſſe. Subnectit de tabulæ titulo nihil amplius promittente quam ipſius pictu-

picturæ, quæ inerat inibi repræsentata, explicationem. Ut hoc verum esse fateri possum; ita tamen non utique tabulæ titulus excludit disquisitionem τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί ἔστι ἀγαθὸν ἔστι κακόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, quod sub imagine Sphingis, cui similem hujus tabulæ ἐξήγησιν dixerat, significari & contineri initio monuerat; atque adeo, nisi hæc addidisset, nihil constaret de eo, quamam ratione eam isti annexam dixisset. Interim adspersisse hic illic aliquammulta & præsertim in fine verum est, sed profecto sine crimine, & ut in dissertando adspergi aliqua debent. Quod si hæc universa ejus argumentatio potest aliquid habere ponderis, ab sciolo aliquo adjecta fuisse credere & ipse debuit & nos debemus omnia quæ sequuntur

poſt verba pag. 65. ὁ μὲν δὴ μυθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι ποιητος ἡμῖν ἐστιν, quoniam illic repræſentatæ picturæ explicatio vere deſinit. At ipſe in illis perquam antiquis ſuis illa omnia invenit ac pro Cebetinis agnovit, nec fucum in iſtis ſuis perquam antiquis exemplaribus ſuſpicari ſuſtinuit, quod ad illam partem attinet; & vera eſſe quum id, quod jam dixi de promiſſione in principio facta, probat, tum opportuniſſimus tranſitus, quo ab explicatione picturæ ad doctrinam iſtam ab ſene velut geſtiente auditores inſtruere pergitur. Odaxiana ab quo tandem ſciolo adjecta ſuſpicari velit, non intelligo; profert enim modo verba ἄπερ σοφιστικόν & nullam fundamenti ſoliditatem habentia; & utique tandem con-

cc-

cedit. Hæc quum ita Salmaſius; non debuit ideo Caſaubonus nos terrere eo, ut Salmaſium diceret exemplaria Græca vidiſſe plura antiquiſſima. Quot ille ſuppoſuit iſta plura, quum alter dicat modo *aliquos libros?* Quapropter quum & Græca pura puta videantur eſſe ejuſdem auctoris, cujus ſunt præcedentia; & ſententiæ diſputationisque integritas omnibus partibus per hanc acceſſionem ſit abſoluta, gaudemus Cebetem denique rediiſſe ad ſua, quibus ipſam Odaxii interpretationem e regione apponentes metuimus ullo genere interpolare; & bonis avibus ea in publicum producentes, prout nunc eſt, hujus operæ filum abrumpimus; hoc uno addito, quod reſtare exiſtimo: nempe ut petam inſeri, quod neſcio quî

pag. 164 verſ. 11 omiſſum fuit poſt vocem γνώμης. Itaque κεκερ-μῳώλεω ἡλικίαν judico convenientius verti vix poſſe, quam Ovidiano ingenio *veros annos*, lib. III artis 62

Dum licet, & veros etiamnunc
editis annos,
Ludite; eunt anni more fluentis aquæ.

quomodo etiam alibi eundem loqui ſcio, ut in iſto epitheto hærere non oporteat. Ut amoris ſunt veri anni, ſic quoque veri anni ſunt παιδείας. Quum vero teſtetur Heinſius in codice Regio illic legi *etiamnum riceditis*, certum quidem eſt ita mendoſe in eo haberi; ſed quum iſte ſit antiquiſſimus & inſtar omnium, ac vulgata ſcriptura ſit abſurda, (& ipſa locutio *edere annos* id fatetur

tur ſponte) puto in illo expreſſa manere veſtigia Ovidianæ manus, quam ſic repono

Dum licet, & veros etiamnum
inceditis annos
Ludite.

Incedere enim *annos* nunc dixit, ut lib. 1 faſt. 122 *ambulare vias.* Tacitus 1 annal. 61. *Incedunt mœſtos locos viſuque ac memoria deformes.* Atque ita impono ſat bonam, ut opinor,

CLAVSVLAM.

Bayerische
Staatsbibliothek

10239029

10239029

10239029



10239029